
BREVIARIUM JURIS UNIVERSI

Methodum materiarum breviter & nervosè exhibens.

Operâ & Studiô


PHILIPPI LUDOVICI AUTHÆI.



Francofurti & Lipsiæ,
Sumptibus CHRISTIANI WEIDMANNI.



ANNO 1675.



Reverendissimis, Perillustribus ac Generosissimis Dominis,

DN. PHILIPPO

WILHELMO, Libero Baroni à Boineburg / Ecclesiarum Cathedralium Moguntinæ, Trevirensis ac Spirensis Canonico.

D. FRANCISCO

LOTHARIO, Libero Baroni à Schönborn / Ecclesiarum cathedralium Papebergensis & Herbipolensis Canonico.

Reverendissimi, Per-Illustres & Generosissimi Domini.

CUm primùm lucem aspexisset Georgii Braudlachti Epitome Juris publici methodo eleganti expolita, avidissimè ab omnibus lecta probataq; est. Ut pari methodo jus Civile Romanum in certam redactum consonantiam extaret, plurimorum hactenus vota fuere: quòd tœdio essent ambages & tot ingentia Disputationumvolumina. Cer-

tè ætate noſtra hoc evenit: diſcuntur non neceſſaria ac nihil profutura, & ignorantur neceſſaria: extollimus obſoleta atque intricata, incurioſi eorum, quæ forum probat. Fruſtra autem niti, neqve aliud fatigando niſi ineptias & nugas difficiles qværere, extremæ dementiæ eſt. Utilis ille labor, procedere levi ac ſimplici viâ, vitare inutilia & perperam poſita. Alia hodie Imperii Romani facies, alia Juris pertractandi ratio.

Quare cùm præcipuè Jus in quo verſamur, cognoſce-

re

re operæ pretium ſit, & tamen ipſa ſibi obſtet magnitudo rerumque diverſitas aciem intentionis abrumpat: feci quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabella univerſam Juris ideam amplexus ſum.

Libellum hunc Vobis, Reverendiſſimi, Perilluſtres & Generoſiſſimi Domini offero, qui eloqventiæ, hiſtoriarum jurisque ſtudiis honeſtis eniteſcere ſummâ ope conamini. Pergite ingenium, qvo neqve melius, neque amplius aliud in natura humana eſt,

exco-

excolere: hinc præmium Vobis pulcherrimum, fama in poſteros. Excitent Vos exempla Majorum, quorum imagines cùm intuemini, non poteſt non animus vehementiſſimè Vobis ad virtutem accendi, ac memoriâ rerum geſtarum ea flamma in pectore creſcere. Imitamini cumprimis Illuſtriſſimos Parentes veſtros, qui Viri vitâ innocentiſſimi, ingeniô florentiſſimi, propoſitô & actionibus ſanctiſſimi, tantis denique adornati laudantur virtutibus, quantas perfecta

& natura & induſtria mortalis conditio recipit. Deus Familiam Veſtram generoſiſſimam ſecundet beetq;. Francfordiæ ad Mœnum Calendis Septembr. 1670

Veſtræ Perilluſtris Generoſitatis

Obſervantiſſimus

Philippus Ludovicus Authæus.



Lectori Benevolo,


S.

JUris prudentiæ Romanæ methodum summis vigiliis summâque industriâ tradidêre HERM. VULTEJUS & JOH. ALTHUSIUS JCti percelebres. Ad eorum imitationem totius juris materias breviori concinnavi methodo elimaviq; ex latissimis tractationibus, recisâ omni superfluitate, & resecatis iis, quæ planè in desuetudinem abierunt. Res quidem difficilis, utilitatis tamen magnitudo ad suscipiendam hanc operam me impulit. Experientia enim testatur, plurimos magno cum labore, sæpè etiam cum diffidentia seriùs ad id perduci, ad quod leviore viâ ducti maturiùs pervenire possint. Brevitas studiis amica, maximè cùm vita ipsa, quâ fruimur, brevis sit: imò *turpe est*, ut inquit Catullus, *difficiles habere nugas*,

&

& stultus est labor ineptiarum : In Jure quoque Civili multa sunt subtilia & parum utilia, quæ faciunt scientiam magis ornatam, sed minus utilem & magis difficilem ac laboriosam, uti graviter conqueritur practicus. *Jo. Pet. de Ferrar. in praxi aurea*: hinc suadet, ut hæ supervacuæ & pomposæ subtilitates de medio tollantur. Non itaque culpandi illi qui è labyrintho hoc errãtes per Compendia ducere conantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & authorem, tamen imprimis necessarium videtur, juventuti bene consulere, præsertim hac tempestate, ubi lites & tricæ tanquam herba irrigua succrescunt uberrimè. TE, LECTOR BENEVOLE, rogo perhumaniter, æquo animo probare velis inceptum hoc meum, & favere studiis honestissimis.

AUTHOR.



BREVIARIUM JURIS ROMANI.

Lib. I.

De Materiis præliminaribus.

CAP. I.

De Jure in genere.

1. JUs est ars seu doctrina boni & æqui *l.1.ff.ht.* vel divinarum atqve humanarum rerum notitia, justi injustique scientia. *pr.I.eod.l.10.ff.eod.*

2. Estqve publicum vel privatum. *d.l.*1.§.*1.* hoc naturale, gentium vel civile *d.l.1.§.f.h.t.*§.*f.I.eod.* à forma Jus est scriptum vel non scriptum. §. *10. I. d. t.* illud vel est cæsareum & comune gemein Käyserlich Recht / vel Canonicum seu pontificium: est & jus statutariū, provinciale, vulgò Land- & Stadt-Recht.

 3. Cau-

3. Causa efficiens Principis potestas atque authoritas magistrat9, tum etiam consensus populi. *l. 2.§.1.2.3.d.O,I.l. 1, l.31.ff d.LL.*vel consuetudo. §. *f. l.d. I, N.G. & C.*

4. *M*ateria seu objecta tria, personæ, res & actiones. §. *f. l. de. l.f.d. LL. l.*1.2.*ff. d.stat. hom.*

5. Forma quòd constet scripto vel sine scripto.§.3. *l.de.*

6. Finis honestè vivere, neminem lædere, suum cuique tribuere.§.3.*l.d.7, & 7.l.10.ff.eod.*

7. Effectus imperare, vetare, permittere, punire. L. 7.*C.d.*LL.*c.2.3.dist.* 3.*c.1.2.3.4.dist.4.*

8. Adjacentia simplicitas, §.7.*l.de fidei c. hered*: æquitas.L.*90.ff. d.R.I.l.8. C.d.judic.l.4.d.eo quod cert loc.*ἐπιείκεια. L. 31.*ff. d posit.l.91.§.f.ff.d.V.O.l.pen.ff. d.pœn.* denique usus ac observantia. *l.f.* §.*pen. C.de.bon.qua lib.*

9. Affinia leges privatæ. *c.3.dist.3.* consuetudines, *l. 4. ff. d. custod. reor.* statuta locorum. *t. t.ff.d. decret.ab ord.*

fac.

fac. item deciſiones provinciales, quales ſunt *Rotæ*, Neapolitanæ, Pariſienſes. *Menoch.conſ.58.n.28.* denique canones; *diſt.9.10.*

10. Contraria, denegatio juris & juſtitiæ, vel protractio Rechtsverweigerung und Verlängerung/*l.2.C.off.civ.jud. Nov. 86. c. 11. x.d. for. comp. Clem. 1. d. exceſſ. Pral.* injuriæ, *l.1.pr. ff. d. injur. l. 1. ff. d. appell. l. 5. §. 1 ad L. Aquil.* calumniæ. *t.t.ff. d. calumn. l.1. ff. ad. Sc. Turpill.* malitioſæ interpretationes, Juriſten Grieff/*l.25. l.29. ff.d.* LL. denique error, *l.39. eod.* novitas. *l.1.& t.t.ff.quod quisq; jur.* adde & irrationabilitas, unvernünfftige Gewonheiten. L. *6. C. und. vi. Wehn. in obſ.pr.h.verb.*

CAP. II.

De Legibus.

Ad ſpecies juris civilis Romani pertinent Leges & Conſtitutiones Principum.

1. LEx est sanctio ad tuendam Reip. pacem lata. *l. 1. 2. ht.*

2. Leges sunt divinæ vel humanæ. *c. 1. dist. 1.* illæ morales, ceremoniales, forenses. *Deut. 17. 18. 19.* hæ universales vel particulares seu locales *l. 16. ht. l. 3. l. f. C. eod.*

3. Causa efficiens Princeps vel Magistratus superiorem non recognoscens. *l. 1. inf. C. ht.* σύνεργοι sunt Consiliarii. *l. 8. C. eod.* causa προηγουμένη motus proprius *l. 1. C. ht.* impulsiva, suggestio judicum *l. pen. C. eod.* supplicationes subditorum, *l. 3. in f. C. ht.* lites motæ. l. 2. 3. 8. c. *ht.* necessitas & utilitas publica, *d. l. 8. l. f. C. d. div. rescript.* multitudo delinqventium. *Bart. in vag. quom. in crim. læs. maj. proced.*

4. Materia circa qvam personæ, res & actiones, non præsentes; neq; præteritæ, sed futuræ. *l. 2. 3. 7. C. ht.*

5. Forma essentialis, quòd scripturâ comprehendantur ad meliorem observationem. *arg. l. 32. 33. 35. ht.*

6. Finis

6. Finis ut earum præsidio ab injuriis tuti simus. *Cic. 2. d. offic.* Effectus ut omnes obligent ad scientiam, obedientiam, pœnam. *l. 5. l. 9. C. ht.*

7. Affinia privilegia. *l. 2. 3. inf. C. ht.* contraria desvetudo, mala interpretatio, obscuritas, duritia. l. 2. l. 9. *C. eod.*

Cap. III.

De Mandatis.

Constitutiones sunt vel generales vel speciales: illæ definitæ vel indefinitæ, & ad has mandata, ad illas scripta pertinent.

1. MAndata sunt jussiones Principis de negotio aliquo gerendo vel exeqvendo, vulgò vocant commissiones & Instructiones, *L. 6. §. 1. ff. d. Custod. reor.*

2. Causa efficiens Princeps, qvi ex usu atque opportunitate temporis locique ea mittit. *l. 3. l. 10. ff. de off. Præs.*

3. Materia omnia ea, quæ ad gubernationem tuitionemque alicujus loci perti-

pertinent. *l.28. inf. ff. d. pœn. l.1.2. C.d. off. præf. prat. Afr.*

4. Forma qvòd scripturâ constent, exindeque probentur. *l. un. C. de mand. Princip.* & publicê proponatur, ut innotescat quid quemq; de voluntate Principis facere oporteat.

5. Finis ut omnia fiant laudabiliter & decenter. Effectus qvòd omnes obligent tanquam leges locales. *l.13. §.1. ff. de off. Præf.*

Cap. IV.

De Rescriptis.

1. Rescriptum est Principis responsum, quo supplicanti de jure respondet.

2. Propria, quòd rescripta sint stricti juris, *Felin. rub. n.5. x. ht.* perpetua, *l.2. C. eod. c. decet. d. R. J. in 6.* in heredes transmissibilia. *l.1. C. quand. libell. Princip. oblat.* non tamen cessibilia. *c. f. x. eod.*

3. Re-

3. Rescripta sunt gratiæ vel justitiæ. *l. 2. 4. C. h. t.* personalia, realia, *d. l. 4. l. 1. ff. de constit. Princip.* authencica seu originalia, & exempla. *l. 3. C. ht.* vera vel falsa, *l. 2. in f. C. si cont. jus vel util. pub.* & hæc sub-vel obreptitia. *c. 20. x. ht.*

4. Causa efficiens Princeps ipse, impulsiva supplicantis petitio *L. f. C. ht.*

5. Materia res quæ concedi possunt, beneficia, & quoque lites *l. 1. 3. C. ht.*

6. Forma ut scripturis in charta factis constent, præposito Principis nomine ejusq; subscriptione adjecta, appenso etiam in majoris momenti causis sigillo. *l. 3. l. pen. C. ht.* denique annotatione temporis, anni & diei. *l. 4. C. eod.*

7. Finis est administratio justitiæ, vel concessio gratiæ. l. 2. *C. de prec. Imp. off.* Effectus quòd ex rescripto detur actio personalis, vel saltem imploratio officii judicis. *2. 32. x. d. privileg.*

8. Contraria sub- & obreptio. *l. 2. C. d. LL. l. C. ht.*

CAP. V.

Cap. V.
De Privilegiis.

Constitutiones speciales dicuntur jus singulare seu Privilegium. l. 196. d. R. J.

1. PRivilegium est jus singulare, certæ personæ vel rei concessum, *L. 16. ff. d. L L. c. 3. dist. 3.*

2. Estque personale, vel reale, *l. 176. ff. d. R. I.* hoc ad successores heredesq; transitorium, non illud *l. 3. §. 1. ff. d. censib.*

3. Causa efficiens Princeps summus, vel magistratus superiorem non recognoscens, *l. 1. §. f. l. 3. ff. d. constit. Princip.*.

4. Materia in rebus variis consistit, prout necessitas vel utilitas publica vel privata exposcit.

5. Forma qvòd scripturâ debeant constare, *l. 3. 4. C. d. div. rescript.* & ut sint rationabilia, neque tendant in tertii præjudicium,

6. Fi-

6. Finis ut aliquid singulare concedatur, ut onera remittantur. Effectus ut tenore eorum uti liceat, & ut contravenientes pœnam adjectam incurrant.

7. Contraria cavillatio, mala interpretatio: amissio ob non usum 2. actum contrarium. 3. abusum. 4. grave delictum. 5. rebellionem, *vid. Knipschild. d. jur. Civit. lib. 1. c. 18.*

Cap. V.
De Statutis.

Jus particulare certi alicujus loci dicitur Statutum. Land & Stadt-Recht/ Lands- & Stadt-Ordnungen/ Willführ.

1. Statutum est lex specialis lata ab iis, qui hanc potestatem habent, ut jus faciat inter suæ provinciæ, municipii, civitatis aut collegii subditos.

2. Estq; generale vel speciale,

3. Statuta condere potest in suo territorio qvivis superiorem non reco-

gnoſcens. In Imperio Romano poſt Imperatorem, Principes etiam imperii, & civitates tam imperiales, quàm municipales: deinde etiam judices & officiales tum ſuperiores tum inferiores; quædam etiam familiæ, vulgò Erbverträge/Erbvereinigung/& collegia licita mercatoria atqve opificium, Handwercks. Zoll/ denique Academiæ circa ſtudia & mores ſcholarium. *Schneid.in* §.2.*l.d.J.N.G.& C.n.14.15.19.*

4. Materia eadem quæ legum generalium: decernunt enim vel de perſonis, vel rebus, vel de actionibus.

5. Ad formam pertinet, quòd debeant eſſe rationabilia, ſcripta vel expreſsè ſancita, & ut à Principe ſummo vel dominis ſuperioribus confirmentur, daß die Statuta und Innungen von den Oberherren beſtätiget werden. *Wehn. in obſ.pr.ver.* Gewonheit.*& verb.* Zunfft.

6. Finis ut jus commune ad ſtatum noſtræ politiæ non quadrans, tollatur, vel ei aliquid addatur, vel etiam confirmetur, *arg.* L.*6.ff.d.*I.*&* I.

7. Effe-

7. Effecta statutorum sunt, quòd faciant jus inter omnes, qui territorio statuentium subsunt: quòdq; eos obligent ad scientiam vel pœnam L. 7. *C.d.* l.l. quòd derogent juri communi, quòd in illis se fundans, non teneatur ea probare, & quæ sunt alia.

8. Affinia leges provinciales. Contraria abusus, contraventio & transgressio, sinistra interpretatio vel declaratio.

Cap. VI.

De Consuetudine.

Ius non scriptum dicitur consuetudo. eine gute Gewonheit/oder guter wolhergebrachter Gebrauch.

1. Consvetudo est jus non scriptum, tacitô populi consensu approbatum §. 9 *l. d. J. N. G. & C*

2. Estq; generalis vel specialis. *l. 1. 2.* C. *quæ sit long. consuet.*

3. Causa efficiens populus liber, & scientia ac patientia superioris. *Dd. in d. l. 2.*

4. Ma.

4. Materia circa quam res possibiles & honestæ. *185. ff. d. R. I. l. 26. ff. d. V. O.*

5. Forma ut inducatur sine scripto (2) tacito populi majorisve partis consensu. *l. 32. ff. d. LL.* (3) ut legitima adsit præscriptio. *c. f. x. ht.* (4) actuum maximè judicialium freqventia. *l. 1. C. dt. l. 34. l. 38. ff. d. LL. Mynſ. 6. O. 41* deniq; rationabilitas, daß es eine vernünfftige gute Gewonheit sey. *Webn. observ. pr. verb. hoc.*

6. Finis & effectus legem imitari, eamq; interpretari ac confirmare, L. 32. *ff. d.* LL. *c. 3. dist. 4.* tum abrogare. *d. l. 32.*

7. Probatur consuetudo per actus exercitos, (2) testes. (3.) Doctorem excellentem.

8. Contraria, perversitas, malitia, mores deteriores.



LIB. II.

De materiis ad jus persona-rum pertinentibus.

Cap. I.

De Servitute personali.

Objecta juris sunt tria, personæ, res & actiones. Personæ vel sunt sui juris, vel alieno juri subjectæ: hinc potestas dominica, patria, tutoria.

1. SErvitus personalis est jus, qvod domini in homines propriôs habent,

2. Estq; absoluta vel limitata.

3. Ei subjacent homines proprii Leibeigene Leut/qui quoad servilia servitia similes sunt servis antiqvis, quoad alia autem liberi & ingenui. *Joh. Herm.* Stamm *tr. sing. lib. 3. c. 2. n. 3.*

4. Causæ agricolationis seu servitutis sunt captivitas bellica, §. *4.I.d.I.P.* delictum vel rebellio *N. 80. c. 5. Heig. 2.q.27.seqq.* pactum seu stipulatio, *l.f.C. d. transact.* præscriptio longissimi temporis *l.18.§.1.C.d. agric. & censit.* L. *un. C.d. fund patrim. Idem d.c.n.22.25.* domicilium, habitatio. *l. 20. C. ht.* origo, nativitas, daß die Geburt so viel die Leibeigenschafft betrifft / der Mutter nachfolgt. L. *21. C. eod. & t.* I. *d. ingen.*

5. Circa formam servitutis constituendæ variant: fit n. cum vel sine instrumento, nudâ manûs dextræ porrectione; tutiùs tamen est, ut justa causa vel concessionis prædiorum, vel promissæ defensionis instrumento inseratur. *Stamm. d. tr. c. 16. n. 1. 2.*

6. Effectus respectu domini (1) rustici in obedientis coërcitio, quæ fit mulctâ vel carcere. (2.) dejectio vel translatio de fundis. L. *f. C. d. jur. emphyt.* (3.) Collectatio. R. 1555. ibi, daß eine jede Obrigkeit macht haben soll / ihre Unterthanen mit Steuer zubelegen. (4)

Exa-

Exactio jurium venditionalium, vulgò Lehenwahr/Lehengeld/ ubi prædia cum consensu dominorum venduntur, *Moller. 4. semestr. 5.* vel aliò domicilium transfertur, vulgò Nachsteuer/ *R. 1555.* §. Wo aber unsere. deniq: successio in locum defuncti, *Mynß. 2 O. 23*, Rustici respectu est operarum præstatio, vulgò Frohndienst/Hand & Pflug-Frohn. *vid. Tr. 1. D. 3.* ☉ *4.* Stamm. *d. tr. c. 21, Husan. in tr. c. 6.*

7. Probatur agricolatio instrumentis. (2.) confessione propria. (3.) testibus. *(4.)* successione. (5.) præscriptione cæterisq; modis, quibus ea inducitur. Stamm. *d. tr, c. 5. 32.*

8. Contraria sævitia domini, I*d. d. tr. c. 35. n. 3. seqq.* (2.) renunciatio coloni, vel surrogatio alterius & emigratio consensu domini facta. (3.) libertatis præscriptio. *l. 1. C. d. long temp, præscript.* denique (4.) expressa manumissio, quæ fit per literas vulgò die Looß-Brieff/ datâ certâ pecuniæ summâ: quò pertinent mortuaria Todes-

fälle/

fälle/ Hauptrecht / daß das beste Vieh aus dem Stalle getrieben/oder das beste Kleid genommen wird. *Besold in thes. pract. verb.* Hauptrecht.

Cap II.
De operis rusticorum.

1. OPeræ sunt onus mixtum ordinarium, in labore personæ & rebus consistens.

2. *S*untque vel determinatæ ad certum tempus vel numerum; vel indeterminatæ, nullo certo tempore aut numero circumscriptæ, vulgò gemessene & ungemessene Frondienst. *Webner. in observ.pr.verb* Ding Notul.

3. Imponit eas Princeps summus, & quilibet alius superiorem non recognoscens.*2.F.56.*

4. Et quidem vi pacti, vel præscriptionis. vel si id publica necessitas postulat.

5. Præ-

5. Præſtant operas ruſtici vel ob homagium exactum, vel ob bona qvæ poſſident: interdum cives & incolas iis onerari, experientia teſtis eſt.

6. Ut autem ritè præſtentur, moderatè à dominis exigendæ ſunt. Et conſiſtit illa moderatio in quatuor his circumſtantiis, numero, qualitate, loco & tempore.

7. Præſtandæ in loco ubi dominus moratur, neq; prius etiam quàm ab eo ſint indictæ, & tum maximè, ſi ab hoſtibus immineat periculum, vel ad perditionem caſtri incendiarii aut diffidatores graſſentur.

8. Ab his tamen eximuntur infirmi, ſenes, cœci: & qui præſcriptione ſunt tuti, vel ſi iis remiſſio ex gratia facta.

9. Finis dominorum utilitas, qui viciſſim ſubditos eorumque bona defendere tenentur.

10. Effectus in actionibus, quæ dominis vel ſubditis competunt, conſiſtit. Et quidem domini contra ſubditos actio-

actionem confessoriam, vel contra turbatores interdictum uti possidetis intentant, vel si dejecti suâ quasi possessione, remediis restitutoriis experiuntur, vel judicis officium implorare, & si sint contumaces & refractarii, per aresta bonorum & personarum procedere possunt.

11. Rusticis autem contra abusum & sævitiam dominorum datur utilis actio negatoria, vel interdictum uti possidetis; judicis etiam officiô iis succurritur. In Camera mandata sine Cl. subditis contra asperitatem dominorum decerni solent. *Gail. 1. O. 18.*

Cap. III.

De patria potestate.

Hactenus de potestate dominicâ juxta mores hodiernos, sequitur patria.

1. Patria potestas Vätterliche Gewalt est jus, quod parentes in liberos suos habent. §. 2. I. *ht.*

2. Est-

2. Estq; naturalis vel civilis. *arg. d. §. 2. l. 4. ff. d. in jus voc. l. 9. ff. d. obseq. parent. præst.*

3. Eam habet pater & avus, §. *fin.* I. *ht.* quibus subjecti liberi ex justis nuptiis procreati, die aus einem rechtē Ehbett geboren sind/ & nepotes. *d. §. f. l. 1. ff. d. his qui sunt sui jur.*

4. Causæ hujus potestatis (1.) justæ nuptiæ. *gl. in d. l. 3.* (2.) adoptio. (3.) legitimatio. *§. f.* I. *d. nupt.*

5. Effectus liberorum alimentatio. *t. t. ff. d. agnosc. & alend. lib.* emendatio. *l. 4. C. ht.* L. *un.* C. *d. emend. propinq.* interdum ex certis causis exheredatio *Nov. 115. c. 3.* consensus ad nuptias, *pr.* I. *d. nupt.* L. *un. C. d. rapt. virg.* ususfructus in bonis adventitiis, sc. usque ad emancipationem vel separationem, biß sich die Kinder von den Eltern absondern/ oder ihr eigen Herd/ Feuer und Rauch halten/ L. *6. C. d. bon. quæ lib. L. f. C. d. bon. matern.*

6. Contraria modi quibus ea tollitur, mors naturalis vel civilis, dignitas, pro-

professio. §. *1. seqq. l. quib. mod. l. P. P. S.* emancipatio expressa vel tacita, quæ fit nuptiis, ætate, separatione. *Besold. in th. pr. verb.* Freyen.

CAP. IV.

De Sponsalibus.

Prima patriæ potestatis causa sunt nuptiæ, & has antecedunt Sponsalia.

1. Sponsalia Gelübd / Ehverlöbnüß / sunt mentio & promissio futurarum nuptiarum. *l. 1. ff. ht.*

2. Eaq; de futuro, vel de præsenti. *c. pen. x. ht.* publica vel clandestina heimlich und öffentliche Verlöbnüß. *t. t. x. d. clandest. desponsf.* jurata & non jurata. *c. 2. eod.* pura vel conditionalia. *t. t. d. cond. appos.*

3. Causa efficiens solus consensus, *l. 4. l. 7. l. 11. ht.* contrahentium, eorumq; quorum in potestate sunt. *d. l. 7. l. 11. l. 13. eod.*

4. Ma-

4. *Materia* circa qvam nuptiæ futuræ, de quibus tractatur.

5. Forma quòd fiant qualicunqve promissione, cum vel sine arrhis & pignoribus, qvæ plerumque annuli, catenæ, nummi aurei vel argentei. *l. f. C. ht. Dd. in c. 1. x. eod.* juxta illud, wann der Finger ist beringt/ so ist die Jungfrau gedingt: nec inter præsentes tantùm, sed & absentes per nuncium literas, *l. 4. l. f. C. ht.* & purè vel sub conditione.

6. Finis ut conjugium contrahatur. Effectus spes matrimonii certa *l. 13. l. 4. ff. ad L. Iul. d. adult.* & ut sponsus mariti, sponsa uxoris locô sit. *l. 58. ff. d. jur. dot. §. 2. l. de injur. l. 12. C. qui pot. in pign. sc.* in favorabilibus, non in odiosis & pœnalibus, *Gl. in Clem. 1. d. consang. & affin.* nec in statutis, quæ ingressum thori requirunt ad lucrandam dotem. *Geil. 2. O. 94.*

7. Contraria dissolutio ex justissima causa deformitatis, *c. fin. x. de conjug. leprof.* desertionis. *c. 1. ht.* diversæ fidei, *l. 16. C. d. ep. aud.* stupri insecuti, *c. 24. x. jur ej. diss. Panormitan. ibid.*

Cap. V

Cap. V.
De Nuptiis.

1. NUptiæ ſunt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſvetudinem continens. *pr.*I.*d.P.P.* L.1.*ff.ht.*

2. Suntq; integræ vel conſummatæ, *c.3.x.d.converſ.conjug.*

3. Cauſa efficiens conſenſus contrahentium,& eorum,in quorum poteſtate ſunt,parentum. *pr.*I.*de nupt.* L. *un.* §.*2,*C.*de rapt. virg.* hodiè etiam tutorũ, curatorum, propinquorum. L. *20.* *C.ht.*

4. Conſentire & contrahere poſſunt omnes, qui naturâ aut Lege non prohibentur.Naturâ furioſi, *l.8.ff.de his qui ſunt ſui &c.* impotentes *t.t.x.d.frigid.& malef.* impuberes. *pr.*I.*ht.*aſcendentes & deſcendentes in infinitum, *l.17.C.ht.*§.*1.*I. *eod.t.t. C.d.inceſt. nupt.* conjuncti ex latere in primo & ſecundo conſanguinitatis vel affinitatis gra-

du

du.*c.pen.c.f.x.d. consang.& aff.* tutor & pupilla *t.t. C. interd. matrim. int.tut. & pup.* L.7.*ff.ad* L. *Jul,d,adult.* raptor & rapta L.*un.C.d. rapt.virg.* deniq; cognita per adulterium. *t.t.x.de eo qui dux, quã poll.per adult.*

5. Forma benedictio sacerdotalis, facta publicè in ecclesia. *c.1.cau.31.q.1. c.2.3.de cland.disp.* vel ædibus privatis. *c.f.eod.*

6. Forma probandi *1.* per testes vicinos, famam. 2. instrumenta desuper confecta, Heyraths Notul. 3. præsumptiones. 4. copulam carnalem. 5. confessionem conjugum. 6. juramentum judiciale.c.24.*x.d.jurej.*

7. Finis procreatio sobolis *l.220. inf.d.V.S.* Effectus est individua vitæ consvetudo,*l.*1.*ff.ht.*potestas,cura & defensio uxoris §.*1.* I. *d.injur.* communicatio ac quæstuum der Errungenschafft & successio in certa portione.*auth.præterea C.und.vir.& ux.*

8. Affinia contubernia.*t.t.x.d.cler.conjug.*concubinatus.*t.t.x.concubin.*

9. Con-

9. Contraria, dissensus contrahentium. *c. 1. d. desp. impub.* vel parentum, ante non post copulam. *l. 1. inf. ff. d. lib. exhib. c. f. cau. 28. q. 1.* error personæ. conditionis & qualitatis substantialis. *c. 1. cau. 29. q. 1.* furor. *c. 24. x. d. sponsal.* ebrietas plena, *c. unusquisq; 12. q. 4. c. sanè. 15. q. 1.* violentia & metus iustus. *c. 6. c. 13. 14. x. dt.* consangvinitas & affinitas, *c. 1. x. d. consang. & aff.* infidelitas, hæresis & in religione disparitas, *l. 16. C. d. Ep. aud. l. 6. C. d. jud. c. 7. seqq. x. d. divort.* denique adulterium subsequens, insidiæ, veneficia, *l. 8. C. d. repud.* maliti-osa desertio. *c. x. d. sponsal.* impotentia naturalis. *t. t. x. d. frigid. & malef.*

Cap VI.
De Dispensatione.

Interdum in gradibus jure humano prohibitis dispensatur; itaq; appositè hîc tractatur materia dispensationis.

1. Dis-

1. DIspensatio quoad conjugia est juris relaxatio cum causæ cognitione, ab eo qui jus dispensandi habet facta. *Alb. Gentil. de nupt. c. 10. in f.*

2. Estque licita vel illicita, *c. 31. caus. 1. q. 7.* & alia ex justitia, alia ex gratia. *Vasq. 1. contr. 25. n. 9.*

3. Causa efficiens mera dispensantis voluntas: impulsiva, necessitas, utilitas. *c. 6. 13. caus. 1. q. 7.* qualitas personæ & merita.

4. Dispensare potest Princeps summus, & inferiores quoque Principes aliique Germaniæ status ex privilegio vel præscriptione.

5. Ratione materiæ considerantur subjectum & objectum. Subjectum est persona habilis, quæ dispensationem meretur.

6. Objectum causæ matrimoniales respectu consangvineorum vel affinium.

7. Et qvidem ratione cognationis in linea ascendentium & descendentium nulla potest fieri dispensatio, uti nec in

primo lineæ collateralis gradu. §. 1. 2. I. *de nupt.* Lev. 18. v. 9. vel in secundo lineæ inæqvalis. *l. fin.* C. *d. incest. nupt.* L. 2. *C. si nupt. ex rescript. pet.* Lev. 18. 12. at benè æqvalis inter patrueles & consobrinos. *Mynf. resp.* 72.

8. Ratione affinitatis dispensatio quoque non obtinet in linea recta. § 7. *I. de nupt*, Lev. 18. v. 15. & 20. v. 14. 1. *Cor.* 5. v. 1. & quoad affines collaterales in primo primi generis gradu. *c. 6. 7. can.* 25. *q.* 1. *vid. Carpz. IPR.. Consist. lib.* 2. *t* 7

9. Neque etiam dispensatione effici potest, ut matrimonium forte ob defectum consensûs nullum sit ratum.

10. Forma quod dispensatio fieri debeat causâ cognitâ; deinde scripturam quoque exigit.

11. Finis & effectus, ut nuptiæ aliàs illegitimæ & prohibitæ habeantur pro licitis & legitimis.

12. Affinia fictio juris, abrogatio & derogatio legis. Contraria defectus causæ justæ, sub- & obreptio.

Cap. VII.

Cap VII.

De Jure dotium.

Nuptias seqvuntur & concomitantur dos atq; dotalitium.

1. DOs est jus in re ad onera matrimonii sustinenda constitutum. *l.1.l.7.pr.ff.ht.20.C.eod.*

2. Estque profectitia vel adventitia *l.3.l.5.ff ht.* item promissa. *t.t.C.d.dot.promiss.* cauta, numerata, confessata. *t.t.C.d.dot.caut.non numer.*

3. Causa efficiens pater, cujus officium est dotare filiam, *l.19.ff.d.rit.nupt.l.f.C.d.dot.prom.* nisi sit ære alieno obrutus. *l.24.l.f.ff.qvæ in fraud.cred.* vel filia habeat unde dotetur *l.22.§.pen.ff.ad S.C.Treb.* vel nubat ignominioso. *l.3.§.5.ff.cont.tut.act.Geil.2.O.94.*

4. Materia res immobiles, vel mobiles. *l.43.l.44.ht.* æstimata, inæstimatæ *l.5.l.pen.C.eod.*

5. Forma qvòd fiat promissione simplici vel certis pactis *t.t.C.d.pact.dot.*

pro modo facultatum, ad quantitatem legitimæ & congruæ alimentationis, proque mariti dignitate, *l.69. §.4.ht.*

6. Finis ut maritus possit ferre onera matrimonii l.*20.C.ht.* Effectus ut sit dotis dominus, ejusque fructus lucretur, eâque liberè utatur, fruatur. l.7.*ht. l.30.C.eod.*

7. Affinia donatio propter nuptias, Gegen-Vermachung/Widerlag. §.3. *l.d. donat.* Nov. *97.* dotalitium Leibgeding / bona paraphernalia Ainshandgüter / *l.f.C.d.don.ant nupt.* sed & legitima ac alimenta, quorum locô dos succedit. *Dd.in c.2.d.pact.in 6.*

8. Contraria repetitio dotis soluto matrimonio, vel eo constante, si maritus ad inopiam vergat. *l.29.C.ht.*

Cap. VIII,

De Dotalitio,

1. Dotalitium est donatio, quam facit maritus, vel eo mort. ô successor feudi in compensationem dotis, adhoc ut uxor post mortem mariti usque

que ad vitam eâ utatur, fruatur, vulgò Leibzucht/ oder Leibgeding.

2. Idque constituere tenentur non tantùm maritus, & agnati seu successores feudi, sed & ipse dominꝰ, si ei feudum aperiatur. P. Heig. 2. q. 20. n. 3. 35.

3. Constituitur potissimùm in feudalibus, aliquandò etiam in allodialibus bonis, præsertim si illa non adsint.

4. Causa προκαταρκτικὴ est dos mulieris, quam affert ad maritū, neq; enim sine dote constituitur. H. Pistor. 1. q. 4.

5. Forma & requisita (1.) ut dos reverâ sit numerata vel illata, *arg. auth. dos data, C. d. donat. ant. nupt.* & in feudi utilitatem versa. H. *Pistor. d. q. 4. n. 15.* (2. ut adsit consensus domini feudi & agnatorum. *Benst. tr. d. jur. connub. p. 2. 3. c. 9.* (3.) ne fiat ultra legitimum & usitatum modum, qui consistit in usufructu seu usuris dotis duplicatæ, sc. dextantibus de singulis centenis decem *Schneid. in §. 3. l. d. donat. n. 4.*

6. Finis & effectus, ut uxor post mariti mortem eo usq; ad vitam utatur. Ejus tamen possessionem nonnisi post

trice-

tricesimum diem propriâ authoritate apprehendere potest, *Beust. d. tr. c. 10. Berlich. 2. concl. 50. n. 60. & 3. concl. 46. n. 3.* nec quicquam facere, quod proprietati præjudicet, *arg. L. 22. C. d. jur. dot.* quamvis locare possit. *Rotschitz. tr. d. dotalit. art. 4. n. 8.* Tenetur autem mulier collectas, tributa, census, aliaque onera ex dotalitio persolvere, *arg. l. 27. cum simil. ff. d. usu. f. Id. d. tr. art. 8. n. 20.* Eo autem constituto & accepto dos illata planè extinguitur, & penes mariti heredes permanet, *Heig. 1. q. 27. n. 4 seqq.* nisi pactis aliter sit conventum.

7. Contraria modi, quibus amittitur, veluti (1) si mulier adulterium committat. *arg. L. 8. §. 3. 5. C. d. repud. c. 4. x. d. don. int. vir. & ux. Berlich. d. concl. 50. n. 86. & 4. concl. 29. n. 20.* & propter fornicationem vitamq; luxuriosam. *Id. d. concl. 50. n. 87. & 4. concl. 31. n. 14.* (2.) finitur morte uxoris. *Rotschitz.* d. *tr. art. 2. n. 1. art. 4. n. 9. & art. 8. n. 19. adde eundẽ art. 5. per tot.* & tum fructus dotalitii dividuntur inter agnatos & heredes, pro rata temporis. *Wesenb. 2. cons. 93. n. 10.*

Cap.

Cap. IX.

De Legitimatione & Adoptione.

Altera patriæ potestatis causa & legitimatio, tertia adoptio.

LEgitimatio est actus, quo filii illegitimi fiunt legitimi. *§. fin. I. de adopt.*

2. Fitq; hodie vel per subsequens ma*t*rimonium, vel per rescriptum Princi*pi*s; *Nov. 89. c. 2. 4. 9.* qui vel ipse legiti*m*at, vel per Comites Palatinos.

3. Effectus quòd illa purget omnia *vit*ia præcedentia, liberosq; ita legiti*ma*tos æquales faciat liberis legitimis. *Q*uanquam. *5. x. qui fil. sint legit.* hæc *ma*culam quidem illegitimæ nativitatis *tollit*, non tamen jus in hæreditate & *succ*essione paterna tribuat, nisi Prin*ceps* ex plenitudine potestatis hoc ve*lit. V*eil. 2. O. 142. n. 7. 8.*

Affinis dispensatio, quâ tollitur

 defe-

defectus natalium quoad quid seu in certo casu.

De Adoptione.

1. ADoptio Annehmung an Kindes statt/ est actus legitimus, quô quis in locum filii assumitur. Gen. 48.50. Ex. 2.18. Act. 7.22.

2. Estque in specie vel arrogatio. *pr.* §. *1.2. l. ht.*

3. Causa efficiens utriusq; partis consensus, & personæ ad adoptionem habilitas; neque enim adoptare possunt fœminæ. §. *10. l. h. t.* castrati, *l. 2. ff.* minores *l. 40.*

4. Forma ut fiat coram judice, actis publicis seu scripturis intervenientibus. *l. 11. C. d. fid. instrum.* §. *pen. l. quib. mod. l. P. P. S.* & cum cognitione aliqua l. 12. *ht*,

5. Finis solatium eorum, qui liberos non habent. Effectus quòd inducit jus agnationis. l. 23. ff. *ht.* jus suitatis & successionis. *l. pen. C. eod.*

6. Affinis unio prolium.

Cap. X.

Cap. X.
De Unione Prolium.

1. UNnio prolium ein Kindschafft/ est pactum inter parentes diversos de mutua liberorum unitorum succeſſione *Tr.1.D.2.th.11.*

2. Eſtque generalis & omnium bonorum, vel ſpecialis certæ partis.

3. Cauſa efficiens remota, conſvetudo; propinqua conſenſus conjugum. *arg.§7. l. d. adopt.* & ipſorum liberorum, ſi ſint puberes, *arg.l.2.pr. l.4.ff.eod.*

4. Subjectum liberi ex diverſo matrimonio procreati, aut procreandi, etiam infantes *l.42.ff.dt.*

5. Forma ut fiat in præſentia tutorum vel curatorum, *arg.l.8.eod.* & propinquorum, *l.2.C.eod.* coram magiſtratu competente, *arg.l 4.dt.l.f.C.eod.* cum decretum eſt neceſſarium. *Geil. 2. 25.n.5.*

6. Finis eſt exæquatio liberorum. Effectus ut parentes unientes liberis,

 &

2. Eaque testamentaria, vel legitima; dativa: & tutor verus vel honorarius, qui quasi administrationis inspector. *l.26.§.1.d.test.tut.l.3.ff.d.admin. tut.* alicubi sunt tutores judiciarii.

3. Propria, esse munus necessarium, *pr.l.d.excus.tut.* virile, *l.1.C.quand.mul. tut.off.* publicum scilicet authoritate, *d.pr.* gratuitum, licet ex justa causa salarium constitui possit. *l.33.§.f ff.d adm. tut.*

4. Causa efficiens remota lex, propinqua testator & magistratus: προκαταρκτικὴ indigentia pupilli *§ f. l.d. Attil.tut.* tutoris fides & diligentia, *pr.l.d. satis.d.tut.*

5. Tutelam gerere possunt omnes, qui non prohibentur: & quidem ob ætatem minores. *l.f.C.d.legit.tut.* ob sexum mulieres, *l.1.C.q.mul.tut.off.* non tamen mater & avia, si secundis nuptiis renuncient. *auth. matri & aviæ auth. adhæc. C.dt. N.94.c. 2. N.118.c. 5.* ob suspicionem debitores vel creditores pupilli, *Nov.94.* vel qui cum eo litigant,

bona ejus possident *auth.minoris.C.qui dar.tut.* denique vitricus. *L.1.C.ubi pupill.educ.*

6. Materia circa quam, pupillus: secundariò bona ejus universa. §. *17. l.d. exc. tut.*

7. Forma, ut decreto magistratus fit commissa, *l.3.§.f.ff.d.adm.tut.* & tutor conficiat inventarium, præstet juramentum cautionemq; rem pupilli ex bona fide defensum iri, *l.f.§.pen.C.eod.* subjectâ bonorum suorum hypothecâ. *Dd.in.L.20.C dt.*R.I.*1577.l.12.*

8. Finis ut is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutelâ regatur. § *pen. l.d. Att. tut.* Effectus quòd tutor liberam gerendi potestatem habeat. Itaque debet pupillum ex facultatum fructibus alere, *l.3.§.2.d.adm.tut.* ejusq; patrimonium augere ac tueri, æris alieni rationem habere, actiones exercere & suspicere, ut bonus & diligens paterf. *l.3.5. l.10.eod.* pecuniam quoq; pupillarem vel fœnori, vel in emptiones prædiorũ collocare, non ociosam relin-

relinquere. *L.*7.§.3.*ff.dt.*denique quicquid dolô, vel culpâ aut negligentiâ datum est damni, ad id finitâ tutelâ tenetur. *L.* 7. *C.arb.tut.l.1.pr.ff.d.tut. & rat. distrah.*

9. Affinis tutelæ est cura, affine etiam officium orphanotrophorum aliorumq; qui loca pia, eorumq; reditus & bona procurant. *L.* 12. *C. d.*Ep.*& cler. Clem.1.d.relig.dom.*

10. Contraria excusationes, dolus suspicio & modi similes, quibus ea finitur. *t.t.l.quib.mod.tut.fin.*

Cap. XII.
De Authoritate Tutorum.

1. Authoritatis præstatio est approbatio ejus rei, quæ cum pupillo geritur. *l.3.ff.ht.*

2. Eamq; præstant tutores, quibus administratio commissa est. *l.5.*C.*eod.l.1.* C.*si explur.tut.*non tamen inviti.

3. Materia omnes contractus & obligationes, in quibus pupilli condi-

tio potest fieri deterior, *l.5.l.9.ht.pr.l.d inut.st:p.*§.*fin.*l.*quib.alien.lic.* non meræ donationes, in quibus tutor author fieri nequit. *d.l.9.* ut nec in sua ipsius causa. *l.5.eod.*§.*f.*l.*eod*

4. Forma ut interveniat in ipso negocio vel actu, tanquam pars solennitatis. *d.l 9.ht.* fiatq; verbis disertis, contestante tutore, sibi placere quod geritur

5. Finis ne pupillus damnum sentiat. *pr.*l.*eod.* Effectus quòd ea interveniente contractus valeat, aliàs sit nullus, L.3. C.*d.in.int.restit.*

Cap. XIII.

De Excusationibus.

1. Excusatio est justæ causæ allegatio, propter quam quis tutelæ onus deprecatur. *L.1.&t.t.*C.*si.tut.fals. alleg.*

2. Estq; vera, vel falsa ac frivola. *l. 7.8 & 13.*C.*eod.*

3. Causa efficiens lex, προκαταρκτική æqvitas, *l.1.d.vac.mun.* 4. Ju-

4. Justæ excusationis causæ sunt, ætas major vel minor, §. *13*. I. *ht.l.un.*C. *qui æt.s. ex c.*numerus liberorum.*pr.*I. *eod.t.t.*C.*d.his qui num.lib.*& tutelarum §.*5*.I.*eod.l.4.seqq.ff.ht.*professio.*l.6.*§ *f. l.30. eod. dignitas. l.41. ht.* inimicitiæ cum patre pupilli.§.*9*.I.*ht.l.6.eod.* L.*un. ff. propt.inim. lib, 10.* fortuna ac rusticitas, & interdum paupertas. *d.l.6.*§.*f.l.7. ht.*§.*6*.I.*eod.*absentia.*l.8.seqq.eod.* valetudo, imperitia literarum & negociorum.§.*7*.8.I.*ht.l.10.inf.eod.*lis inter tutorem & pupillum de bonis.*l.23.ht.l.16.* C.*eod.*§.*4*.I.*eod.*

5. Materia circa quam, tutela vel cura delata, nondum inchoata, L.*2*.C.*si. tut.fals.alleg.*

6. Forma ut intra quinquagesimum diem tutor apud judicem proponat excusationes, *l. 13. ht. l. 18.* C. *eod.* viva voce vel in scriptis & oblato libello in modum actionis, non supplicatione, *Bart.in d.l.13.* citenturq; ad audiendam eam pupillus ejusq; propinqui. *Angel. in §.16.l.ht.*

7. Fi-

7. Finis ut tutelæ onere quis liberetur. Effectus aut excusatio approbetur vel rejiciatur.

Cap. XIV.

De suspecti cognitione.

1. SUspectus tutor est, qui non ex fide tutelam gerit. §. *3*. I. *ht. l. 8, ff. eod.*

2. Accusare suspectum possunt omnes, qui non prohibentur. *§. 1. & pen.* I. *ht.* etiam mulieres pietatis intuitu, & pupillus ex consilio propinquorum. §. *2. l. eod.*

3. Accusari possunt tutores testamentarii & dativi. *l. 1* §. *5. ht.* non facilè legitimi. *d. l. 1.* §. *1. inf. l. 6.* C. *eod.* Cognoscit autem de suspecto magistratus ordinarius. *Dd. ind. l.* 1 §. *3. eod.*

4. Materia cognitionis, dolus vel culpa tutoris, *§. f.* l. *ht: l.* C. *eod.*

5. Forma proponendi per accusationem. 2. actionem civilem seu in factum

factum 3. per viam inquisitionis. 4. incidenter per modum exceptionis.

6. Probatur suspicio per causas & circumstantias administrationis, quales sunt fraus & dolus. l. 3. §. 5. & 13. ht. culpa lata & levis, seu negligentia magna aut mediocris, quâ res pupilli finit corrumpi. *l. 7. §. 1. ht. §. 3.* l. *eod.* inimicitiæ inter tutorem & pupillum, aut ejus propinquos enatæ. d.l.3.§.12. alimentorum denegatio vel subtractio. d.l.3. § 14. segnities, rusticitas, inertia, simplicitas vel ineptia. d. l.3. §. f. deinde si tutor non conficiat inventarium *d.l. 3.* §. *pen.* si nimis magnos vel non necessarios sumptus faciat, vel res pupilli sine causa & decreto alienet. *l. 9. ff. d. tut.* si cum collegis administrationem non communicet, l. 20. *ff. d. adm. tut.* si monitus non administret. *l. 3. C. eod.* si malè conversetur, si citatus ad se purgandum non compareat. *l. 7.* §. *f. ht.* & denique si quæ alia causa judicem ad suspicandum moveat. *l. 3. §. 12. ht. § f. l. eod.*

7. Fi-

7. Finis ut res pupillli salva maneat. *l.5.ht.l.6.C.eod.* Effectus quòd pendente cognitione administratio tutori auferatur. *l.7.C.ht.*§.7.*l.eod.* isq; suspicionis convictus removeatur, & quidem cum infamia, si propter dolum, ob culpam non æquè. *l.3,§.f.ht. §.6. l.eod.*

8. Affinis actio tutelæ.*1.t.C.arb.tut.* & accusatio criminalis. Contraria, tutela finita l.*1.* C.ht. non mors accusantis. *Dd.in t. C. si reus vel accus.mort.*

LIB. III.



LIB. III.

De materiis ad jus Rerum ſpectantibus.

Cap. I.

De Dominio.

Seqvitur nunc alterum juris objectum, quod ſunt res, in quibꝰ perpendenda diviſio & jus.

RES vel ſunt in patrimonio noſtro vel extra illud; qvædam enim communes, publicæ, univerſitatis, nullius, pleræque ſingulorum. *pr.* I. *&* §. *ſeqq. I. d. R. D.* Res nullius ſunt res ſacræ, religioſæ & ſanctæ. §. *8. ſeqq.* I. *eod.*

Res quæ ſunt in patrimonio noſtro, ſunt vel corporales vel incorporales. §. *un. l. de reb. corp. & incorp. l. 1.* §. *1. d. R. D.* deinde mobiles vel immobiles. *l. 93. d. V. S. l. 15.* §. *2. de re jud. vid. omninò Wehn.*

Wehn.in obs. pr. verb. Fahrnuß. *Besold. th.pr.verb.* Liegende Güter.

De his *D*uplex est jus, sc. jus in re, & jus ad rem *l.3.l.25.d.O.& A.*

Et illud vel in re acquirenda, vel jã acquisita, quod dicitur dominium & possessio.

1. DOminium est jus de re nostra liberè disponendi, eamque vindicandi.

2. Estq; plenum vel minus plenum: directum, utile: verum vel quasi, quale quod habet filius in bonis patris eo vivente *l.1ff.d.l.& posth.*§.2,I.*d. her.qual. & diff.*

3. Acqviritur jure gentium vel civili. Illo, uti occupatione, ad quam pertinet venatio, aucupium, piscatio. §. 12. I. d. R. D. inventione rerum pro derelicto habitarum. §.47.*eod.* & thesauri §.29.*eod.L.un.C.d. thesaur.lib.10.* justâ captivitate. *§.17.*I.*dt.* alluvione. *l. 7. ff. d. A.R.D.*§.20.I.*eod.* alveo *d.l.7.*§.*1.t.t. C.d.alluv.* insula.§.22.*I.eod,* deinde confusi-

fusione, commixtione, *d. l. 7. §. 6. & §. 27. 28. l. eod.* ædificatione §. *29.* plantatione, satione. §. *31. 32. l. dt. d. l. 7. §. f.* scripturâ, picturâ. *33. 34. l. lit. l. 9. §. 1. eod.* fructuum perceptione. §. *17. l. dt. l. 22. C. d. R. V.* traditione. §. *40. l. tdt. l. 20. ff. eod. l. 20. C. d. pact.* Jure civili vel per universitatem, uti successione ex testamento vel ab intestato: vel titulis singularibus, uti præscriptione, donatione, legatis. §. *f. l. per quas person. acquir.*

4. Materia res omnes humani juris, & quæ cadunt in commercium.

5. Forma acquirendi ex dictis causis intelligitur: acquirimus autem animô & corpore, *l. 3. pr. ff. d. A. P.* vel solo animo, *l. 1. §. pen. ff. dt.* non corpore solo. *l. l. 1. §. 1.*

6. Probatur dominium instrumentis. *4. C. o. probat.* testibus, *Gl. in d. l. 4.* præscriptione, *auth. n si C. d. bon. matern.* possessione temporis legitimi: item per famam antiquam aliaque indicia. *L. 19. C. d. R. V. c. 13. x. d. probat.*

7. Fi-

7. Finis ut lites & contentiones tollantur. Effectus in libera fruendi facultate, & rei amissæ vindicatione consistit. *l. 24 ff. d. R. V.*

8. Cognata quasi dominium ejus, qui rem bona fide justoq; titulo possidet, *l. 179 ff. de R. J. l. 2. C. d. probat.* & jus in re creditoris, usufructuarii. Contraria, furtum, tyrannis, invasio alieni, rerum communio, quæ rixas parit, *l. 77. §. 20. d. leg. 2.*

Cap. II.
De Possessione.

Dominium rerum ex naturali possessione cœpit, l. 1. §. 1. ff. d. A. P.

1. POssessio est rei corporalis detentio, cum affectione seu animo possidendi *l. 10. ff. ht.*

2. Estq; naturalis vel civilis, *l. 12. l. 20. ht. l. 10. C. eod.* deinde justa vel injusta, seu bonæ vel malæ fidei *l. 3. §. f. ff. eod.*

3. Possessionem efficit justa apprehensio & defensio rei, eo animo facta, ut possidere velis. 4. Ma-

4. Materia in qua, res omnes corporales, quæ in commercio sunt. *l.* 7. *pr. ff. ht.*

5. Forma acquirendæ possessionis est & animus possidendi & corpus, sc. corporalis apprehensio, *l.* 3. *pr. ff. ht.* in retinenda solus animus sufficit. *l.* 6. §. 1. *eod.* amittitur corpore & animo. *l.* 8. *eod.* *l.* 153. *d.* R J. Possidemus autem vel pro suo seu nostro. *t. t. ff. pro. suo.* vel pro alieno, *l.* 12. *pr. ht.*

6. Probatur possessio ex perceptione fructuum, *L.* 20. *C. d. agric. & censit.* *lib.* 11. & pensionum, aliorumque actuum exercitio; vicinæ scientia, locatione, satione, plantatione, signatura seu consignatione & clausione rei, receptione clavium. *l.* 74. *ff. d. contrah. empt.* fama, *c.* 13. *x. d. probat.* testibus, qui deponunt vidisse possideri, etiam singularibus: non simpliciter instrumentis, licet super traditione factis. *Dd. in. L.* 3. *ht.*

7. Finis ut rebus possessis utamur fruamur. Effectus quod bonæ fidei

pos-

possessor fructus lucratur, *l. 22. C.d.R. V.* præsumitur esse dominus, *l. 48.ht.l. 178. d. R. J.* hinc relevatur onere probandi. *l.2.C.d..probat.* § *4.l.d.interdict.* Possessio etiam adjicit dominia, *l. 1. §. 1.ff.ht.* affert jus resistendi propriâ auctoritate contra omnes, qui possessioni sunt impedimento. *l. 29. §.1 ff.ad.L. Aquil.l.3.§.17.ff.d.vi arm.*

8. Affinis detentio. *l.2.C.d.præscript. 30. ann.* Contraria amissio ejus ex causis variis. *l.30.§. 1.ff. ht.* & interruptio.

Cap. III.

De Venatione.

Ad modos acquirendi jure gentium recensetur Occupatio, quo pertinet Venatio.

1. Venatio est captura ferarum, recreationis & voluptatis causâ.

2. Estq; superior vel inferior Haupt- & Beyjagd: universalis ferarum majorum, die hohe Jagd / vel particularis minorum, klein Weidwerck. 3. Ve-

3. Venandi jus hodiè habent soli incipes & domini, non privati & ru-ci, *L. un. C. ut arm. usus insc. Princip. erd. t. t. C. d. ven. fer.* Nobiles habent ıationem imam, Nieder Wild / ex ıcessione vel præscriptione.

4. **Materia venationis sunt feræ, fi-que venationes in loco publico vel vato.**

;. Forma venandi varia est: alia fit tê, alia cum cornu & clamore, mit asung des Jägerhörnleins/alia cani-nit Jagdhunden. alia laqueis, alia fo-, alia armis & tormentis. *l. 18. ff. ad Aquil. 2. F. 27. § nemo retia.* Modus ındi, ut sine cujusquam incommo-& detrimento fiat, nec usque ad de-ationem specierum, neu cum mu-s publici neglectione ac intermis-e.

. Finis est acquisitio dominii, u-erarum ad victum & vestitum, va-iinis confirmatio, honestaq; animi atio. Effectus quòd capta fiant ca-tium etiam in alieno solo.

7. Ad effectam etiam pertinent pœnæ, quibus Principes solent in eos animadvertere, qui contra prohibitionem venantur; quæ tamen pœnæ arbitrariæ, neque ad mortem extendi debent, *l.11.ff.d.pœn.* cùm nulla sit analogia, ob feram capite punire hominem. *Zoanet.in* L.2.*n.129.C.d.pact.int. empt, & vend.*

Cap. IV.

De Decimis.

Rebus immobilibus annumerantur jura incorporalia, uti sunt decimæ & servitutes.

1. Decimæ sunt quota pars bonorum licitè quæsitorum, ministris Ecclesiæ debita & quotannis persolvenda,

2. Suntque vel personales, quæ tamen rariores, vel prædiales seu reales: & hæ majores, vel minores seu parvæ, Klein und groß Zehend.

3. Ori-

3. Origo earum ex jure divino *c.14. c.25.x.ht.*

4. Solvere eas tenentur omnes, nisi sint exempti privilegio, consuetudine, præscriptione, transactione *c. 8. seqq. x. ht. c. 4. 6. x. d. prascript. c. 2. 8. x. d. transact.*

5. Et solvendæ Ecclesiis earumque ministris, *c.26.c.29.31. ht.* interdum laicis. *c.17.c.51.eod.*

6. Materia fructus & lucra rerum quarumlibet: nam dantur de proventibus molendinorum, piscariarum, de fœno, lana, de apibus etiam & de omni fructu. *c.5.x.ht.*

7. Forma quòd præstentur in decima portione, quæ tamen hodiè in tertias & quartas degeneravit.

8. Finis ut clerici honestè sustententur. Effectus actio confessoria, quæ competit ad eas petendas.

9. Affinia primitiæ, portio Canonica, oblationes. Contraria immunitas seu libertas, *c.24.x.ht.*

Cap. V.
De Servitutibus.

1. SErvitus est jus in fundo alieno, ad usum alterius prædii constitutum. *l.15.§.f.ff.ht.*

2. Estq; personalis, vel realis, & hæc rustica vel urbana, quæ affirmativa vel negativa. *l.1.2 ff.ht.pr.&§.1.*I.*ed.* deinde continua vel discontinua, nominata vel innominata

3. Rusticæ servitutes sunt, Iter die Gerechtigkeit eines Fußsteiges über des Nachbarn Acker oder Wiese/ actus die Gerechtigkeit ein Tritt zu haben/ via, aquæductus, aquæhaustus, pecoris ad aquam appulsus: item servitus cretæ eximendæ, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, lapidis eximendi, sylvæ cæduæ habendæ, *pr.l,ht.l.*1.*4.5.ff.d.S.P.R.* fructus colligendi, *l.2.§.2. si serv.vind.* exsiccandi, *l.1.*§.4.*5.ff.d.aq.pluv.arc.* venti non intercludendi, *l.fin.§.1.C.ht.* tugurii habendi, uvas exprimendi, ligna secandi,

di, molendi, venandi, aucupandi, piscandi, laquei ponendi, foveam faciendi, figulinæ habendæ. *vid. Althus.1.dicæol.22.*

4. Urbanæ servitutes sunt: alteriùs tollendi vel non, luminis immittendi Liecht-Recht / prospiciendi, avertendi prospectus, positum habendi, oneris ferendi, tigni immittendi, Tramrecht/ protegendi, projiciendi, stillicidii, Trauffrecht/cloacæ, sterculinii, fistulam junctam habendi, & similes. *l. 1.2. ff.d. S.P.U.§. 1.l.ht. Althus.1.c.23.per tot.*

5. Constituitur pactionibus inter vivos, vel ultimis voluntatibus, testamento, codicillis, §.*fin.l.ht.* itemque per sententiam judicis. *l.25.§.3 ff.fam.ercisc* acquiritur etiam præscriptione, *l.10.ff. si serv.vind.L.2.C.d.servit. & aqua.* ad quam est necessaria quasi possessio, scientia & patientia adversarii, bona fides, tempus legitimum. *vid. Schneid.in §.f. l.ht. Carpz.1.resp.36.*

6. Materia seu subjectum in quo sunt prædia aliena.

7. Forma quòd non aliter constituitur, quàm patientiâ domini fundi servientis. *l.fin.ht.*

8. Finis est prædiorum utilitas. Effectus actio confessoria & negatoria, quâ vel servitus vindicatur, vel prædiorum libertas, §. *2.*I. *d. act. t.t.ff.si serv. vind.*

9. Contraria modi quibus amittitur: nam extinguitur consolidatione, *l.1.ff.quem.serv.amitt.* remissione, *l.14. §.1.ht.* actu contrario, *l.9.eod.* rei interitu. *l.14.inf.ht.* non utentis negligentia. *l.pen.C.ht.*

Cap. VI.

De usufructu.

Servitutes personales sunt, Usfructus, usus.

Ususfructus est jus alienis rebus utendi fruendi, salvâ substantiâ. *pr I.ht...11.ff.eod.*

2. Estque verus vel quasi. §. *2.I.ht.l.2. ff.d. usufr.ear.rer. qua consum.* legalis vel conventionalis. 3. Cau-

3. Causa efficiens remota, lex consuetudo, ut nunc in dotalitiis: propinqua pactio constituentium, ultima voluntas. §. 1. I. *eod.* præscriptio. *l. fin. inf. C. d. long. temp. præscript. Jo. del Castillo tr. d. usufr. c. 68. n. 2* proxima traditio per inductionem & patientiam, l. 3. ht. adjudicatio. l. *6. eod. junct* § *fin.* l. *d. off. jud.*

4. Materia in qva corpus aliquod mobile vel immobile. §. 2. l. *ht.*

5. Forma ut patientiâ constituentis & usurpatione ejus, cui constitutus est, inducatur. l. 3. ht.

6. Finis & effectus uti frui re aliena ad vitam tantùm, §. *3. l. ht. l. 14. l. 21 27. eod.* etiam metallifodinis & lapidicinis *Castill. d. tr. lib. 1, c. 37. Berlich. 3. concl. 35. num. 21. seqq.* Sylva cæduâ. *l. 10. l. 11. l. 18. ff. ht.* percipere reditus. *Id. 1. concl. 22. &* 44. sed & onera ferre, solvere collectas & tributa, *arg. l. 7* §. 2. *l. 27.* § 3 *ff. ht.* non tamen immodica. *add. Castill. d. tr. c.* 57. Ad effectum pertinet actio, quâ petitur vel negatur ususfructus. *t. 1. ff. si usufr. pet.*

7. Adjacens cautio de utendo vir boni arbitratu.*l.1.ff.usufruct.quem.cav.* quæ fit fide jussoribus vel pignoribus. *Bart.in* L.4 *C.ht.*

8. Affinis usus *pr.l.d, usu & habit.* Contraria modi, quibus finitur sc. morte, capitis diminutione.*l.3.ff.quib.mod. ususfr. amitt.* interitu.*l.16.* C. *d.usufr. l.53.ff.eod.*cessione. §.*pen.l.ht. vid. Pinellus ad l.1.C.d.bon matern.p.3.n.38.39.* consolidatione.*l.17.ff.quib.mod.ususfr. am.*non utendo per modum & tempus. *l.25.eod.* vel malè utendo. *l. 9. §.f. ff. d. damn.inf.*

Cap. VII.

De Præscriptionibus.

Modi acquirendi juris civilis sunt, præscriptio, donatio, successio universalis vel particularis.

1. Præscriptio, Verjährung/ est adjectio dominii per continuationem possessionis, temporis lege definiti.*l.3 ff.ht.*

2.Est-

2 Eſtque longi vel longiſſimi temporis. *t.t. C.d.long.temp.præſcript.t.t. C. d.præſcr.30 vel 40.ann.* vel immemorialis. *Vult.ej.1.*I.*R.71.*

3. Cauſa efficiens lex, conſvetudo, ſtatutum.

4. Materia res omnes, mobiles, immobiles, & jura, veluti ſervitutes, jurisdictio. *l.2. C.d. ſervit. l.16. C.d. uſufr.* non res ſacræ vel Eccleſiæ *l.4.ht. t.C.ne rei dom. vel templ.* fiſcales, §.*9.l. eod.* publicæ aut civitatis *l.9.l.45.eod.* pupillares, *l.41.d. A.R.D.* furtivæ & vi poſſeſſæ §.*2.*I.*ht.*

5. Forma, ut adſit poſſeſſio. *l.25.ht.c. 5.d.R.*I.*in 6.* bona fides, *l.110.ff.d. V.S. c.5.c.fin.x.ht.* juſtus titulus, *l.27.ht.* deniq; tempus legitimum. *L.un.C.d.uſucap.transf. vid. Gebhard. tr. d. uſucap. c.1.*

6. Finis ne rerum dominia ſint in incerto *l.1. ht.* & ut aliquis ſit litium finis, L.*f.ff.pro ſuo.* Effectus quòd dominium poſſeſſori adjiciat, *l.3.ht.* & juſtum inducat titulum. *c.1.eod.in 6.*

7. Contraria, injustitia seu nullitas tituli, mala fides: pactum vel statutum, quo ea inhibetur, *Boer. decis. 182.* ætas pupillaris, contra quam nulla currit præscriptio: *l. 41. d. A. R. D.* hostilitas, pestis *R.* 1654. §. so viel nun die Capitalia belangt/vel similis casus, quo ea cessat; restitutio in integrum ex causa ignorantiæ, *l. 1 ff. ex quib. cau maj. L. un. C. si. adv. usucap.* deniq; interruptio naturalis vel civilis. *l. 3. l. 7. C. d. præsc. 30. ann. l. 2. C. d. ann. excep. Dd. in c. f. x. ht.*

Cap. VIII.

De Donationibus.

1. DOnatio est liberalitas, quæ nullo jure cogente fit. *l. 29. ht. l. 82. d. R. J.*

2. Estq; vel simplex, vel ob causam & sub modo, aut conditionalis.

3. Causa efficiens, benefica donantis voluntas; προκαταρκτικὴ, donatarii benemerita. *l. 9. ff. pro soc.*

4. Donare possunt omnes qui & contrahere, nî senectus aut morbus obstet.

obſtet. *l. 16. C. ht.* non tamen pater filio, *l. 11. C. eod.* niſi ob bene merita vel aliam juſtam ob cauſam. *Bald. in* L. *6.* §. *f. C. d. bon. qua l. Geil.* 2. *O.* 38. nec vir uxori, & contra. *t. t. ff. d. don. int. vir. & ux.* niſi reciprocè & mortis causâ. *Mynſ. 2. O. 33.*

5. Materia res omnes quæ cadunt in commercium: non tamen omnia bona, niſi ſub reſervato. *Dd. in* L. *f.* C. *d. pact. Carpz. 5. reſp. 67.*

6. Forma quòd fiat purè vel ſub conditione, *l. 2. & t. t. C. d. don. qua ſub mod.* in ſcriptis, vel ſine ſcriptura. *l. 25. l. 29. C. ht.* ſi tamen quingentos ſolidos excedit, inſinuatione opus eſt. §. *2.* I. *eod. l. 31 C. eod.*

7. Finis eſt ut liberalitas exerceatur. *l 1. ht.* Eff ctus quòd traditionis neceſſitatem habeat §. *2. I. ht.* exclusâ pœnitentia. *L. 3. C. d. rev. donat.* ex eaq; detur condictio ex lege. *l. 35.* § *f. C. ht.*

8. Contraria revocatio ob ingratitudinem ex cauſis jure expreſſis. *L. fin. C. d. rev. donat.* & ſupervenientiam liberorum. L. *ſi unquam 8. C. eod.*

Cap. IX.
De Alienationibus.

Dominii translatio fit per alienationem.

1. ALienatio est omnis actus, per quem transfertur dominium. *l.1.C.d.fund.dot.*

2. Estq; voluntaria vel necessaria: valida vel invalida. Species ejus recensentur *in L. fin. C. d.reb.al. non alien. Wehn.in obs.pr.verb.* Veräusserung.

3. Alienare possunt omnes qui non prohibentur, uti prodigi *l.12.§ f.ff.d.curat.furios.* minores, *t.t.C.d.praed.min.c.1. x.d.in integ.restit.* emphyteutæ, *L.fin.C. d.jur. emphit.* vasalli *2. F. 53.55.* clerici vel Prælati. *t.t.x. h. his quae fiunt à Praelat. vid Menoch. 2. A.I. Q. c. 432.* nec bancoruptores. *t. t.quae in fraud. cred. Io.à Sande decis. Fris.3.tit.13.d fin.*

4. Materia res propriæ; non alienæ, *t.t.C.d.reb. alien. non alienand.* non res publicæ. *l.83.§ 3.d. V.O.* dominicæ, patrimoniales Principis, *l.7.15. 20. C.d. fund*

fundrei priv. l. 8. l. 9. C. d. fund. patrim. lib. 11. ecclesiasticæ. *t. t. x. d. reb. Eccl. non alien. N. 7. c. 1. N. 120. §. 7. 8. I. d. R. D.* feudales, *2. F. 53. 55.* emphyteuticæ. *d. l. fin. C. d. jur. emphyt.* dotales. §. *1.* l. *quib. alien. lic. t. t. d. fund. dot.* deniq; bona avita Stammgüter / & res fidei commisso subjectæ verfangene Güter / nisi ob æs alienum à testatore relictum. *Gail. 2. O.* 137. prædia minorum. l. *1. ff. d. reb. eor. qui sub tut. t. t. C. d. præd. min.*

5. Forma ut fiat juxta leges & Statuta; nec in aliorum præjudicium, nec fraude vel dolo.

6. Finis & effectus dominii translatio. Contraria defectus potestatis & solennitatum, fraus, color quæsitus, titulus fictus & imaginarius, prætextus, dolus.



LIB. IV.

De successione testamentaria & legitima.

CAP. I.
De Testamentis.

Successio in genere est jus, quo in alterius decedentis locum succedens bonorum ejus universorum dominium capit.

Estq; testamentaria, vel legitima seu ab intestato.

1. Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortē suam fieri velit. *l. 1. ff. ht.*

2. Estqve scriptum vel nuncupativum, L. *21. C. ht. §. f. l. eod.* solenne vel minus solenne seu privilegiatum.

3. Causa efficiens voluntas testatoris *l. 1. c. d. SS. Eccles.* 4. *Ma-*

4. Materia res testatoris propria. *l.24.§.21.ibi, de pecunia sua testari d. leg.2.*

5. Testari nequeunt, qui sunt in aliena potestate, ut filiifamilias, *l. 6. ht.l. pen.C.qui test am.fac.poss. pr.* I. *eod.* servi, *d.l. 6.* Monachi, *auth. ingressi. C.d. SS.Eccles.* alii ob judicii defectum, ut impuberes. §.1.I.*ht.* furiosi. *l.17.ff.eod. l.9. C.eod.* vel morbū animi, ut prodigi, §.*2.I.ht. l.18.ff.eod.* aut corporis, ut surdi & muti §.3. *I.dt.l. 10.C.eod.* alii ob pœnam, ut damnati ad mortem. *l.8.§.1. ff.ht.* quod hodiè non servatur, nisi bona simul confiscentur. *Clar.lib.3.sent §.Testamentum. q.29.* usurarii manifesti, *c.2.d.usur.in 6.* hæretici *auth. credentes C.d.haret.* apostatæ *l.2.3.4. C.de apost.* venefici, nisi conversi sint. **Richter.decis.57.**

6 Forma ut fiat cum heredis institutione, qvæ caput est & fundamentum totius rei, §.34. *I.d.legat.* & quidem coram septem testibus rogatis, iique subscribant & consignent, uti & testator

tor: denique ut omnia fiant uno contextu, in eodem loco & tempore. L. *21. C.ht.R.1512.rub.* von Testamenten. §. die Form eines Testaments. Hodiè juxta cujusq; loci statuta condi solet testamentum & plerumq; in membrana seu pergameno. *Mynſ.1.O.80.*

7. Testium tamen numerus minor sufficit in testamento parentum inter liberos, *d.l. 21.§.1.C.ht.* & ad pias causas, *c.10.11.x.ht.* rustici. *l.fin. C.eod.* & in eo, qvod fit tempore pestis, *Mynſ.1.O.96.* & quod Principi oblatum, vel apud acta factum. L. *19 C.ht.* denique militare. *t.t.ff.& C. d.testam.milit.vid.* R. *1512. d.rub.* § und sollen die Notarien.

8. Finis & effectus, ut voluntas testatoris suprema fiat, sitq; executionis paratæ. *Iaſ. in* L. *55. d.leg.*1. non tamen testator alicui potest auferre jus ex statuto debitum, veluti legitimam liberis, dotalitium vel quotam hereditariam uxori. *Dd.in auth. præterea. C.und. vir & ux.*

9. Con-

9. Contraria infirmatio teſtamenti ob agnationem ſui heredis, vel teſtamentum poſterius. *l.1.l.3.ff.d.inj.rupt. & irr.teſtam. §.1.3.l.eod.*& & ſi teſtator teſtamentum conſcindat, rumpat, cancellet, deleat.*l.2.3.ff.d.his quæ in teſtam. del.*

Cap. II.

De Heredis inſtitutione.

Ad formam & eſſentiam teſtamenti pertinet inſtitutio heredum.

1. Heredis inſtitutio eſt certi ſucceſſoris nominatio, qui poſt mortem defuncti in univerſum jus ſuccedat.*l.§.1.l.9.§.3.ht.l.24.ff.d.V.S.*

2. Eſtque univerſalis vel particularis, *l.13.C.ht.* pura vel conditionalis.*t.t. ff.d.cond.inſtit.* directa, vel obliqua, quæ fit codicillis vel per fidei commiſſum. *l.2.C.d.codicill §.f,l eod.*

3. Cauſa efficiens voluntas teſtantis.*l.13.ff.ht.* προηγουμένη, ejus erga heredem affectio: προκαταρκτικὴ, meritum aliquod heredis vel neceſſitudo. (4.

4. Heredes instituere possunt omnes ii, qui testamenti factionem habent. Et institui omnes, qui possunt ex testamento capere, patresf. vel filiisf. laici, clerici, imò Ecclesiæ & loca pia. Non tamen collegia illicita, l.8. *C.eod.* deportati.*l.1.* C.*eod.* læsæ majestatis accusati, *l.5. C. ad* L.*Jul.maj.* apostatæ, *l.3.C.d.apost.* hæretici *l.4.*§.*2.C.d.haeret.* nati ex incestuoso & damnato coitu. *auth. ex complexu* c. *d. incest. nupt.N.89.c.fin.*

5. Materia in qua hereditas tota vel quota ejus pars, § 7.*seqq. I. ht.* vel etiam res certa. l.*13.C.* eod.

6. Forma quòd fiat verbis directis vel obliquis, *l.1.*§.*3. 4.ht.* & purè vel sub conditione. § *9.I. eod.* & ut sit libera, non importunis sollicitationibus extorta, non captatoria. *l.70.l.71.ff.ht.Jo. à Sande decis.Fris.lib.4.t.*1.*d.11.*

7. Finis & effectus, quòd heres in universum jus defuncti succedat. l.62. *ff.d.R.*I.& quòd omnia jura tám activa

quàm

quàm passiva in eum transeant. §. 1. I. *d. perpet. & temp. act.*

&. Contraria ademptio vel translatio.

Cap. III.

De Substitutione.

Institutio est vel primaria, de qua dictum: vel secundaria, quæ dicitur substitutio.

1. SUbstitutio est secundi heredis in locum præcedentis institutio. *l. 1. l. 36. l. 43. §. 2. ff. ht.*

2. Estq; directa, vel obliqua seu fideicommissaria: *l. 57. §. 1. l. 62. l. 67. ad SC. Trebell.* & illa vulgaris vel pupillaris, *t. d. vulg. substit. pr. & §. 1. I. d. pup. subst.* & quasi seu exemplaris. *d. §. 1. l. 9. eod.*

3. Et vulgaris quidem fit à quovis testatore: hæc à parentibus, etiam matre, liberis impuberibus, vel mente captis, *d. pr. & §. 1. d l. 9. adde Berlich. decis. 111.*

4. Fitque simpliciter vel reciproc[e] *§. 1. I. d. vulg. subst. l. 38 §* 1. *eod.* verbis generalibus vel specialibus. 5. Fi-

5. Finis & effectus, ut substitutus capiat hereditatem, quam habuisset institutus; §.2.l.dt. quod expressa pupillaris excludat matrem à successione filii, *l.45.inf.pr.ff.eod.* cui tamen alimenta præstanda vel legitima, *c.1.§.fin. d. testam.in 6. Zas.in tr.d.substit.c.2.*

6. Contraria modi, quibus extinguitur: vulgaris adita per institutum hereditate, *l..5. C.ht.* vel repudiatione. *l. 2.4.C.d.* repud. hered. pupillaris pubertate, *l.14.ff.eod.* emancipatione. *l.41. eod.* & quasi pupillaris sanitate *L.9.C.ht.*

Cap. IV.
De Exheredatione.

Hæc de institutione, cui contraria est exheredatio.

1. Exheredatio est à successione hereditatis exclusio.

2. Estq; expressa vel tacita.

3. Exheredari possunt liberi vel nepotes ex causis in Nov.115.c.3. expressis, vel

vel æqvè gravibus. *Clar. lib. 3. sent §. Testamentum. q. 41. Carpz. 3. c. 24. def. 20.*

4 Forma ut fiat consultò, non temerè vel ex ira. *l. 19. C. d. inoff. test.* & quidem nominatim. *l. 2. ff. lib. & posth.* purè. *l. 3. §. 1. eod.* à tota hereditate, non à quota: *l. 19. dt.* denique ut justa & legitima causa exprimatur; *N. 115. c. 3.* quæ ab herede probanda est.

5. Causa est vel generalis, uti ingratitudo, vel specialis.

6. Finis & effectus hereditatis privatio.

7. Contraria seu remedia, pœnitentia filii. 2. patris reconciliatio. 3. remissio.

Cap. V
De Legitima.

Liberi exheredati vel præteriti confugere solent ad querelam inofficiosi, cui tamen non est locus, si relicta sit legitima.

Legi-

1. Legitima Pflichtthail / est portio successionis lege debita. *Nov. 1. pr. N. 18.*

2. Ea debetur liberis, parentibus, *§. 1. 2. l. d. inoff. test.* aliquando fratribus, *l. 21. C. eod.*

3. Et est triens vel semis pro liberorum numero, *auth. novissima. C. de. Nov. 18. c. 1.* Quantitas a. legitimæ spectatur tempore mortis, seu quantum eo tempore in bonis defuncti fuit. *l. 6. C. d. inoff. testam.* deducto ære alieno, *l. 8. §. 9. eod.* & detractis bonis restitutioni obnoxiis, *arg. l. 19. §. 5. ad. L. Falcid.*

4. Solo autem institutionis titulo relinquenda est, *Nov. 115. c. 3. pr.* & sine ullo onere, gravamine aut dilatione, *Gail. 2. O. 119.*

5. Finis & effectus, ut quis excludatur à querela inofficiosi.

6. Affinia dos, donatio propter nuptias, alimenta. Contraria diminutio per statuta, *Mynſ. 5. O. 43.*

CAP.

Cap. VI.

De Legatis.

In testamentis relinqui solent legata & fidei commissa.

1. Legatum est donatio à defuncto relicta, ab herede præstanda §. *1. I.ht.l.116.d.leg.1.*

2. Estque purum vel conditionale.

3. Causa efficiens benigna testatoris voluntas.*l.1.C.com.d.legat.* impulsiva, propinquitas vel meritum legatarii.

4. Materia in qua, testamentum; circa quam, res propriæ vel alienæ, §.*4.* I,*ht.*

5. In specie legari potest liberatio debitori, §.*11.*I.*ht.t.t.d.lib.leg.* ususfructus.*t.t.*Io.*à Sande lib.4.t.4.def.9.* servitus prædialis, *l.* 1. *2. 3. d.serv.leg.* optio vel electio, §. *23. I. ht. t.d.opt.leg.* triticum, vinum, oleum, *t.b.1.trit.vin.ol.leg.* fundus instructus ein Gut mit völliger Einrichtung; *t.t.d instruct.vel instrum.* penus

penus Küchenspeiß / supellex, Haußrath / *t.d.pen.leg.* 1.*d.sup.leg.* alimenta vel cibaria Unterhalt und Kost. *l.6.d.alim. vel cib.leg. l. 43.l.234.§.2.d.V.S. Mynſ. 3. O. 12. Surd. d. aliment. tot.4.q.4.* aurum, argentum, mundus, ornamenta, vestes *t.t.*

6. Forma quòd purè vel sub conditione relinquatur, *t. t. C. d. cond. insert.* aut modo. *t.t.C.d.his quæ sub mod.* ut tamen quinque testes relictum probent. *l.22. C.d.fideic.*

7. Finis ut benignè fiat legatario, *l.9.ff.pro soc.* Effectus quòd legati dominium statim à morte testatoris transeat in legatarium, *l. 64.pr.ff.d.furt.* & ad illud conservandam dentur tres actiones, rei indicatio, hypothecaria & personalis, *§.3.I.ht.* L.1.2.*C.com.d.legat.* resque alienari nequeant. *auth. res quæ C.eod.*

8. Contraria, ademptio vel translatio, *t.t.adim. vel transf. leg.* diminutio per Falcidiam.

CAP.

Cap. VII.

De Fidei commissis.

1. Fidei commissum est ultima quædam voluntas, quâ hereditas datur instituto, sub fide restituendi substituto.

2. Estque universale, vel particulare, *t.t. d.fideic. hered. t.d.sing.reb. per fideic. rel.*

3. Causa efficiens voluntas testatoris & affectio erga fidei commissarium.

4. Materia, hereditas tota, vel res singulæ. *pr. & §.1.l.d.sing.reb.*

5. Non tamen in restitutionem veniunt legitima filii, dos matris. *Mantic. d. conjectur. ult. vol. lib. 7.c.8.n.2.3.* non feuda antiqua. *Graff. §.hicq. 50.n.2.* non emphyteusis ecclesiastica, & privata, *q.51.* non sepulchra gentilitia. *q.53.*

6. Forma quòd relinqui possit in testamento vel ab intestato, §.10.*l.d.fideic. herid.* per verba præceptiva vel

rogativa. §. *f. l. sing. reb. vel.* expressè vel tacitè *Grass §. Fidei commissum. q.4. Mantic.l.8.t.1.*

7. Effectus quòd heres fiduciarius deducat Trebellianicam. §. *7. l.d. fideic. hered.* & pro sua quarta zu seinem Antheil onera subeat.

8. Contraria revocatio testatoris, caducitas. L. *un.§.fin.autem C.d.caduc. toll.* item prohibitio Trebellianicæ. *Gl. in Nov.1.* ejusque amissio ob non confectum inventarium *Geil.2.O.138.*

Cap. VIII.
De Codicillis.

Imperfecti testamenti species sunt, codicillus & mortis causâ donatio.

1. Codicillus est ultima voluntas minùs solennis de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

2. Estque testamentarius; vel subsidiarius,

3. Causa efficiens & materialis, eadem quæ in testamento, excepta hereditate.

4. Forma quòd nullam solennitatem ordinationis desideret, §. *fin. l. ht.* sufficiatq; fieri coram quinque testib9, etiam non rogatis. *L. fin.* C. *eod.*

5. Effectus quòd ex eo detur hereditas per fidei commissum, § *pen. l. ht.* & quòd clausula codicillaris testamentum solennibus carens sustinet. *L. 14.* C. *d. fideic. Besold. th. pr. lit. B. Turret. d. effect. cl. eod.*

6. Contraria, testamentum vel codicillus sequens.

Cap. IX.
De mortis causâ donationibus.

1. Donatio mortis causâ est, quæ fit propter mortis suspicionem, vel solâ mortalitatis cogitatione, *l. 1. ht.*

2. Donare mortis causâ potest is, cui testamenti factio est, *l. 25. pr. f. ht.* filiusf. consensu patris. *d.* l. *25.* §. *1. l. 27. l. 29. eod*, capere m. c. possunt omnes, qui & legata accipere. *l. 35. eod.*

3. Materia eadem, quæ donationis puræ & simplicis; nam quæ inter vivos donari possunt, multò magis in ultima voluntate. *t. t. l. d.* L. *Fus. Can. toll*, non tamen omnia bona futura, sed præsentia rectè donantur. *L. 8. C. d. revoc. don.*

4. Forma ut coram quinque testibus fiat. L. *fin. C. d. codicill.* insinuatione tamen non eget, quantacunque summa sit. *l. fin. C. ht.*

5. Effectus quòd morte confirmetur, eâ non secutâ resolvatur. *l. 23. ht.*

6. Contraria mors donatarii, donatoris pœnitentia & reconvalescentia. §. 1. *l. d. donat.*

Cap. X.

De aditione hereditatis.

Testamentum ad finem & exitum perducitur, cùm aditur hereditas.

Adi-

ADitio hereditatis est ejus acquisitio & pro herede gestio. *10.l.87 ht.§.fin.l.d.her.qual. & diff.*

2. Adit autem heres institutus, vel ab intestato proximus. *l.195.ff. d.V.S. Nov. 118.*

3. Materia, bona defuncti, non viventis. *l.1.ff.de hered.vel act.vend.*

4. Forma ut liberè minimèque coacta voluntate adeatur, l.85. h.t. & purè sine die aut conditione. *l.51.§.f.eod.* in solidum non pro parte, *l.1.2.ht.l.7.ff.d.R.J.*

5. Finis & effectus, ut omne jus, quod defunctus habuit, heres acquirat, utque omnia hereditatis onera subire, creditoribus & legatariis satisfacere teneatur; *L.fin. C.d.jur. delib.* sc. juxta vires hereditarias, si cum beneficio inventarii adierit. *Nov.1.*

6. Contraria repudiatio & renunciatio, quæ excludit aditionem, *l.4.C. de rep.hered.* & 30 annorum præscriptio. *Mynf.2.O.71.*

Cap. XI.
De Inventario.

In heredum gratiam, ne graventur, introductum est beneficium Inventarii.

1. INventarium est accurata bonorum defuncti consignatio & descriptio. *L. f. C. arb tut.*

2. Et fieri debet ab herede, *L. fin. C. d. jur. de lib.* tutoribus, *l. 7. ff. d. admin. tut.* atque scribi manu Notarii publici.

3. Materia, bona hereditaria omnia, corporalia atque incorporalia, mobilia & immobilia, debita & credita: etiam res alienæ, uti depositæ ac commodatæ.

4. Forma ut intra tres menses inchoetur & absolvatur, per tabularios, adhibitis testibus, resque omnes specificentur. *d. l. fin.* sufficit autem hodiè inventariũ pro more cujusq; loci confici. *Rol. à Valle de Inventar. f. 20.*

5. Fi-

5. Finis & effectus, ne heres teneatur ultra vires hereditarias, *d.l.fin.* utque salvam habeat Falcidiam. *Nov.1.*

6. Contraria fraus, dolus heredis, prohibitio testatoris, denique ejus omissio.

Cap. XII.

De Successione ab intestato.

Hactenus de successione testamentaria, sequitur ab intestato seu legitima.

1. Successio legitima est hereditatis extra casum testamenti acqvisitio.

2. Estque personalis vel repraesentalis.

3. Succedunt 1. descendentes. 2. ascendentes. 3. collaterales. 4. Conjuges. 5. Fiscus. *Nov.118.*

4. Primus ordo est descendentium seu liberorum, qui si sint primi gradus, succedunt in capita, ulterioris in stirpes. *§.6.l.d.hered.quae ab intest. N.118.c.1.*

5. Si liberi ſint diverſi matrimonii, dotem vel donationem propter nuptias ſui parentis, ihr Väterlich oder Mütterlich Anſpruch / habent præcipuam; in reliquis bonis ſuccedunt æqualiter *L.4 C.d.ſec.nupt.Nov.22.c.1.*

6. Hæc in liberis legitimis obtinent, ut & legitimatis per ſubſequens matrimonium, nec non adoptivis. Legitimati per reſcriptum ſuccedunt, ſi non extent liberi legitimi. *Geil.2.O.142.* Illegitimi liberi, & quidem naturales ſuccedunt matri, *l.pen.C.ad.Sc.Orphit.* non ita indiſtinctè patri. *Nov.89.cap.4.* Spurii quoque ſoli matri d.l.pen inceſtuoſi ac ac adulterini non ſuccedunt nec patri nec matri, *d.N.89.c.f.auth.ex complexu.C.d.inceſt.nupt.* alimenta tamen neceſſaria iis debentur. *adde Gab. Palaot.tr.d.ſpur.c.41.*

7. Secundus eſt aſcendentium, qui excludunt omnes collaterales, exceptis fratribus & ſororibus utrinque defuncto conjunctis eorumque liberis, quorum illi in capita, hi in ſtirpes admittun-

mittuntur. *Nov. 118. c. 2.* Hi autem ascendentes absque bonorum distinctione succedunt, ex quacunque linea ea proveniant. *Mynſ. 6. O. 55.*

8. Tertiò succedunt collaterales, & quidem fratres & sorores ambilateres, horumque prædefunctorum liberi cum illis in stirpes, soli in capita. *Nov. 118. c. 3.* N 127. R. A. 1529. § Item als bißhero. Post hos fratres unilateres, & deinceps in gradu propinquiores, je näher dem Blut/je näher zum Gut.

9. Quarta est successio conjugum, qui certam bonorum partem ex statutis capiunt. *auth præterea C. und. vir. & ux.* quæ portio statutaria eis per testamentum auferri nequit. Nov. 53. c. 6.

10. Denique fiscus occupat bona hereditaria planè vacantia, die Erbloſe Güter. *t. t. C. d. bon. vacant.*

11. Forma succedendi, quod vel fiat in capita, so viel Mund/so viel Pfund/vel in stirpes in die Stämm/ aut jure repræsentationis, quod tamen ultra fratres eorumque liberos non extenditur.

penus Küchenspeiß / supellex, Haußrath/ *t.d.pen.leg.1.d.sup.leg.* alimenta vel cibaria Unterhalt und Kost. *l.6.d.alim. vel cib.leg.l. 43.l.234.§.2.d.V.S. Mynſ. 3. O. 12. Surd. d. aliment. tot. 4.q.4.* aurum, argentum, mundus, ornamenta, vestes *t.t.*

6. Forma quòd purè vel sub conditione relinquatur, *t. t. C. d. cond. infert.* aut modo. *t.t.C.d.his quæ sub mod.* ut tamen quinque testes relictum probent. *l.22. C.d.fideic.*

7. Finis ut benignè fiat legatario, *l.9.ff.pro soc.* Effectus quòd legati dominium statim à morte testatoris transeat in legatarium, *l. 64.pr.ff. d.furt.* & ad illud conservandam dentur tres actiones, rei indicatio, hypothecaria & personalis, *§.3.l.ht.* L.1.*2.C.com.d.legat.* resque alienari nequeant. *auth. res quæ C.eod.*

8. Contraria, ademptio vel translatio, *t.t.adim. vel transf. leg.* diminutio per Falcidiam.

CAP.

Cap. VII.

De Fidei commissis.

1. Fidei commissum est ultima quædam voluntas, quâ hereditas datur instituto, sub fide restituendi substituto.

2. Estque universale, vel particulare, *t.t. d.fideic. hered. t.d.sing.reb. per fideic. rel.*

3. Causa efficiens voluntas testatoris & affectio erga fidei commissarium.

4. Materia, hereditas tota, vel res singulæ. *pr. & §.1.l.d.sing.reb.*

5. Non tamen in restitutionem veniunt legitima filii, dos matris. *Mantic. d.conjectur. ult. vol. lib. 7.c.8.n.2.3.* non feuda antiqua. *Graff.* §.*hicq. 50.n.2.* non emphyteusis ecclesiastica, & privata, *q.51.* non sepulchra gentilitia. *q.53.*

6. Forma quòd relinqui possit in testamento vel ab intestato, §.10.*l.d.fideic. herid.* per verba præceptiva vel

rogativa. §. *f. l. sing. reb. vel.* expressè vel tacitè *Graff* §. *Fidei commissum. q.4. Mantic.l.8.t.1.*

7. Effectus quòd heres fiduciarius deducat Trebellianicam. §. *7. l.d.fideic. hered.* & pro sua quarta zu seinem Antheil onera subeat.

8. Contraria revocatio testatoris, caducitas. L. *un.*§.*sin.autem* C.*d.caduc. toll.* item prohibitio Trebellianicæ. *Gl. in Nov.1.* ejusque amissio ob non confectum inventarium *Geil.2.O.138.*

Cap. VIII.
De Codicillis.

Imperfecti testamenti species sunt, codicillus & mortis causâ donatio.

1. Codicillus est ultima voluntas minùs solennis de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

2. Estque testamentarius; vel subsidiarius,

3. Cau-

3. Causa efficiens & materialis, eadem quæ in testamento, excepta hereditate.

4. Forma quòd nullam solennitatem ordinationis desideret, §. *fin. l. ht.* sufficiatq; fieri coram quinque testib9, etiam non rogatis. *L. fin.* C. *eod.*

5. Effectus quòd ex eo detur hereditas per fidei commissum, § *pen. l. ht.* & quòd clausula codicillaris testamentum solennibus carens sustinet. *L. 14. C. d. fideic. Besold. th. pr. lit. B. Turret. d. effect. cl. eod.*

6. Contraria, testamentum vel codicillus sequens.

Cap. IX.

De mortis causâ donationibus.

1. Donatio mortis causâ est, quæ fit propter mortis suspicionem, vel solâ mortalitatis cogitatione, *l. 1. ht.*

2. Donare mortis causâ potest is, cui testamenti factio est, *l. 25. pr. f. ht.* filiusf. consensu patris. *d. l. 25. §. 1. l. 27. l. 29. eod.* capere m. c. possunt omnes, qui & legata accipere. *l. 35. eod.*

3. Materia eadem, quæ donationis puræ & simplicis; nam quæ inter vivos donari possunt, multò magis in ultima voluntate. *r. t. l. d.* L. *Fus. Can. toll.* non tamen omnia bona futura, sed præsentia rectè donantur. *L. 8. C. d. revoc. don.*

4. Forma ut coram quinque testibus fiat. L. *fin. C. d. codicill.* insinuatione tamen non eget, quantacunque summa sit. *l. fin. C. ht.*

5. Effectus quòd morte confirmetur, eâ non secutâ resolvatur. *l. 23. ht.*

6. Contraria mors donatarii, donatoris pœnitentia & reconvalescentia. §. 1. *l. d. donat.*

Cap. X.

De aditione hereditatis.

Testamentum ad finem & exitum perducitur, cùm aditur hereditas.

Adi-

ADitio hereditatis est ejus acquisitio & pro herede gestio. *10.l.87 ht.§.fin.l.d.her.qual. & diff.*

2. Adit autem heres institutus, vel ab intestato proximus. *l.195.ff. d.V.S. Nov. 118.*

3. Materia, bona defuncti, non viventis. *l.1.ff.de hered.vel act.vend.*

4. Forma ut liberè minimèque coacta voluntate adeatur, l.85. h.t. & purè sine die aut conditione. *l.51.* §. *f.eod.* in solidum non pro parte, *l.1.2.ht.l.7.ff.d.R.I.*

5. Finis & effectus, ut omne jus, quod defunctus habuit, heres acquirat, utque omnia hereditatis onera subire, creditoribus & legatariis satisfacere teneatur; *L.fin. C.d.jur. delib.* sc. juxta vires hereditarias, si cum beneficio inventarii adierit. *Nov.1.*

6. Contraria repudiatio & renunciatio, quæ excludit aditionem, *l.4. C. de rep.hered.* & 30 annorum præscriptio. *Mynf.2.O.71.*

Cap. XI.
De Inventario.

In heredum gratiam, ne graventur, introductum est beneficium Inventarii.

1. INventarium est accurata bonorum defuncti consignatio & descriptio. *L. f. C. arb tut.*

2. Et fieri debet ab herede, *L. fin. C. d. jur. de lib.* tutoribus, *l. 7. ff. d. admin. tut.* atque scribi manu Notarii publici.

3. Materia, bona hereditaria omnia, corporalia atque incorporalia, mobilia & immobilia, debita & credita: etiam res alienæ, uti depositæ ac commodatæ.

4. Forma ut intra tres menses inchoetur & absolvatur, per tabularios, adhibitis testibus, resque omnes specificentur. *d. l. fin.* sufficit autem hodiè inventariũ pro more cujusq; loci confici. *Rol. à Valle de Inventar. f. 20.*

5. Fi-

5. Finis & effectus, ne heres teneatur ultra vires hereditarias, *d.l.fin.* utque salvam habeat Falcidiam. *Nov.1.*

6. Contraria fraus, dolus heredis, prohibitio testatoris, denique ejus omissio.

Cap. XII.

De Successione ab intestato.

Hactenus de successione testamentaria, sequitur ab intestato seu legitima.

1. Successio legitima est hereditatis extra casum testamenti acqvisitio.

2. Estque personalis vel repræsentalis.

3. Succedunt 1. descendentes. 2. ascendentes. 3. collaterales. 4. Conjuges. 5. Fiscus. *Nov.118.*

4. Primus ordo est descendentium seu liberorum, qui si sint primi gradus, succedunt in capita, ulterioris in stirpes. *§.6. I.d.hered.quæ ab intest. N.118.c.1.*

mittuntur. *Nov. 118. c. 2.* Hi autem ascendentes absque bonorum distinctione succedunt, ex quacunque linea ea proveniant. *Mynſ. 6. O. 55.*

8. Tertiò succedunt collaterales, & quidem fratres & sorores ambilateres, horumque prædefunctorum liberi cum illis in stirpes, soli in capita. *Nov. 118. c. 3.* N 127. R. A. 1529. § **Item als bißhero.** Post hos fratres unilateres, & deinceps in gradu propinquiores, **je näher dem Blut/je näher zum Gut.**

9. Quarta est successio conjugum, qui certam bonorum partem ex statutis capiunt. *auth præterea C. und. vir. & ux.* quæ portio statutaria eis per testamentum auferri nequit. Nov. 53. c. 6.

10. Denique fiscus occupat bona hereditaria planè vacantia, **die Erbloſe Güter.** *t. t. C. d. bon. vacant.*

11. Forma succedendi, quod vel fiat in capita, **so viel Mund/so viel Pfund**/ vel in stirpes **in die Stämm**/ aut jure repræsentationis, quod tamen ultra fratres eorumque liberos non extenditur.

12. Finis & effectus acquisitio bonorum defuncti, eorumq; participatio.

13. Affinia, bonorum possessio, transmissio. Contraria renunciatio.

Cap. XIII.
De Bonorum possessionibus

De juris civilis successione satis: transeamus ad prætoriam, quæ dicitur bonorum.

1. Bonorum possessio est jus persequendi retinendique patrimonii sive rei quæ cujusque cùm moreretur, fuit. *l.3.§.2 ff.ht.*

2. Estque ordinaria, ex testamento vel ab intestato. *§.1.3. l. ht.* vel extraordinaria. *t.t.ut ex leg.SC.bon poss.* deinde edictalis vel decretalis.

3. Causa efficiens. *Prætor*, qui eam defert, & voluntas ejus, cui defertur, neque enim invito acquiritur. *d.l.3.§.2. in f. ht.*

4. Ma-

4. Materia in qua decernitur possessio, sunt omnes res, omnia commoda & incommoda hereditaria. *l. 1. eod.*

5. Forma quòd sufficiat eam qualicunque testatione apud judicem agnoscere, *l. fin. C. qui admitt. ad bon. poss.* intra tempus sc. legitimum, quod in liberis & parentibus annuum, in reliquis agnatis & cognatis est centum dierum, *§. 4. 6. l. eod. d. l. fin.*

6. Finis ut is qui jure civili ab hereditate exclusus, ex jure prætorio successionem sibi debitam acquirat. Vis & effectus, quòd bonorum possessor sit vice heredis, omniaque jura hereditaria perinde ut heres consequatur. *l. 2. l. 3. cum simil.*

Cap. XIV.

De Collatione.

Ut æqualitas in divisione hereditatis servetur, inducta est collatio.

1. COllatio Einwerffung der Güter/ est rei propriæ in commune illatio, ut hereditati permixta inter omnes cohæredes æqualiter dividatur.

2. Estque generalis, vel specialis, *rub. ht.d.collat.dot.* deinde realis, cautionalis. *l.1.§.11.ht.*

3. Obtinet tantùm inter descendentes, seu liberos, non ascendentes aut collaterales.

4. Materia collationis, bona perfectitia, cujusmodi sunt dos, donatio propter nuptias. *l. 9. l. 17.* C. *ht.* non simplex donatio, nisi sit inofficiosa, *l. pen.*C.*eod.* neq; sumptus studiorum. L. 50 *ff fam.ercisc.*L.34.*ff.d.neg.gest.*libri, sumptus doctorales, *Schneid.in* §. *20.l. d, act. in act. fam. ercisc. Brunner. tr. d. collat. bon. c. 4.* neque vestes & jocalia Frauen-Zier/*Geil.2.O.91.* expensæ nuptiales. Hochzeit Unkosten.

5. Forma quòd fiat vel re ipsa, vel cautione datis Fidejussoribus vel pignoribus de conferendo, *l. 1.§.7.ht.* aut juramento.

6. Fi-

6. Finis ut servetur æqualitas. *l. 20. C. eod.* Effectus ut collata communiter dividantur. *l. 19. §. f. C. eod.*

7. Contraria, remissio testatoris. *auth. ex testamento. C. ht.*

Cap. XV
De Renunciatione successionis.

In familiis nobilibus & illustribus hodiè ad exclusionem filiarum obtinent renunciationes & fideicommissa familiæ, itaq; hoc loco commodè hæ juris materiæ tractari possunt.

1. RENUNCIATIO successionis. Verzieg-Recht künfftiger Warth- und Erbschafften/ est hereditatis avitæ & inde promanantis, ex voluntate libera, medio juramento, à fœminis dotatis & certioratis in gratiam masculorum & conservationem familiarum facta spontanea remissio. *Kellenb. tr. q. 1. num. 4.*

2. Estque 1. jurata vel injurata. 2. universalis vel particularis. & 3. judicialis vel extrajudicialis.

3. Origo ex jure divino, *Num. 27. v. 8. Jos. 17 v. 4.* Canonico. *C. quamvis 2. d. pact. in 6.* causa impulsiva, necessitas, remota lex seu consvetudo; propinqua consensus & voluntas libera ac perfecta.

4. Subjectum seu personæ renunciantes sunt fœminæ nobiles & illustres.

5. Objectum bona paterna quæ aliàs filiæ obvenire potuissent, mobilia, immobilia, allodialia, feudalia.

6. Forma & requisita. 1. juramentum vel interpositio fidei. *Mynſ. 1. O. 17 Geil. 2. O. 59.* 2. certioratio. 3. congrua dotis constitutio.

7. Finis est conservatio familiarum, ut per bona in agnatione servata fiant illustriores. Effectus ut ab omni successione filia excludatur.

8. Affinia feuda, fideicommissa familiæ, Stammgüter/ confraternitates Erb-Verbrüderung.

9. Con-

9. Contraria pœnitentia patris, revocatio utriusque partis, læsio enormis. *Mynſ.5.O.59.* non ſuperveniencia liberorum filiæ renunciantis *ex* L. *ſi unquam C.d.revoc.don.*

Cap. XVI.
De Fideicommiſſis familiæ.

1. Fidei commiſſum familiæ eſt donatio quædam ab inſtituente ea lege facta, ut bona proximioribus eodem gradu, vel ſeniori in familia, ad ejus conſervationem perpetuò ac ordine ſucceſſivo deferantur. *L. 22. §.f.l. 69 §.3 d leg.2.*

2. Eſtque reale vel perſonale, expreſſum vel tacitum. *l.114 §. 15.d. leg. 1. l.38. §.2.ſ.qq.d.leg.3.*

3. Cauſa efficiens fidei committentis ſeu inſtituentis voluntas, & lex eam approbans ac confirmans.

4. Fidei commiſſa familiæ inſtituere poſſunt omnes, qui teſtari

testari vel contrahere & donare possunt, *arg.l.2.d.leg.1.l.1.§.5.ad Sc. Treb.* nec refert an sint patresf. vel filiif. *arg. Nov.117.c.1 §.1.* masculi an fœminæ, *l.5.ff.qui testam.fac.poss.l.20.C.d.donat.* modò liberam bonorum administrationem habeant.

5. Iis autem relinqui possint, qui ex testamento vel contractu possunt capere, quibusque donari potest; inprimis autem relinqui solent familiis nobilibus & patriciis.

6. Et succedunt in ea soli agnati, qui vel de familia testatoris sunt, inprimis illi, quibus sunt constituta, *d.l.32.§.f.d.leg. 2.* & qui ex his primo gradu sunt procreati, *d.l.32.§.f.* etiam posthumi. *l.120. §.f.d.leg.1.l.1. § 8.d. leg.3.* emancipati. *l. 69.§.f.d.leg.2.* exheredati *l.115. § 15.d. leg.2.* & cœlibes. *L.un. C.d. infirm.pœn. cœlib.*

7. Non autem in his succedunt fœminæ vel earum liberi, *105. §.f.l. 196. §.f.d. V. S.* non spurii. *l.4 ff.und.cogn.* naturales, *l.6.C.d.instit.& substit. N.89. c.4.*

c. 4. adoptivi, *l. pen. §. 1. in f. C. d. adopt.* & consequenter per unionem prolium uniti; non ex conjuge ad morganaticam ducta nati. *2. F. 29.*

8. Constituuntur in rebus immobilibus, *2. F. 1. inf.* universalibus, uti hereditate, *t. t. l. d. fideic. her.* vel particularibus, uti ædificiis, *l. 38. §. 2. d. leg. 3.* sylvis, prædiis, *l. 77. §. 27. l. 78. §. 3. d. leg. 2.* etiam emphyteuticis, aliisque rebus, quæ immobilibus accensentur, *2. F. 1. inf.* non autem ecclesiasticis, *Nov. 7 c. 1. N. 120. c. 1. seqq. t. t. x. d. reb. Eccl. non alien.* & feudalibus. *2. F. 8. 52. 55.*

9. Forma quòd constituantur vel per ultimam voluntatem, ut testamento, *L. 114. § 14. d. leg. 1. l. 32. §. f. d. leg. 2.* & codicillis, *l. fin. § 2. C. d. codic.* vel inter vivos, uti contractu, *l. 10. C. d. pact.* & donatione, *arg. l. 2. 3. C. d. don. quæ sub mod.*

10. Quibus solent adjici conditiones & certæ leges, ita ut vel unus solus & quidem Senior der Eltiste des Stamms und Nahmens / vel plures simul

simul ea obtineant, inq; iis su ccedant. *d.l.32.§.f.l.69.§.3.d.leg.2.*

11. Ut autem hæc constitutio sit legitima, requiritur, ut fiat cum causæ vel Personæ, cui relinquitur, expressione, *l.114.§ 14.d.leg.1.l.38 §.4.l.93.pr.d.leg.3* & ut legitima cæteris liberis salva sit. *Nov.18.c.1.N 92.c.1.*& creditoribus jus suum non intervertatur *d l.114.§.14.d.leg.1.l.25.C.d.pact.* denique ut scriptura interveniat.*arg.L.1.C.d.jur.emphyt.*

12. Finis & effectus, ut familiæ & bona conserventur, ut possessor rerum emolumenta percipiat: non tamen eas alienare potest, cum sint restitutioni obnoxiæ. Verfangene Güter. *vid. Petra d. fideicom.q 8.per tot.*

13. Affinia majoratus, confraternitates, feuda, fideicommissa vulgaria, & statuta fœminas excludentia.

14. Contraria, modi quibus ea dissolvuntur, ut rei fideicommissariæ interitus, alienatio, abusus.

Cap.

Cap. XVII.
De Transmissione.
In successionibus obtinet transmissio & jus accrescendi.

TRansmissio Versendungs-Recht/ est hereditatis ad heredem, mortui heredis ante aditionem derivatio, *vid. Nic. Noal. tr. d. transmiss.*

2. Fitque vel jure suitatis. *L. 8. C. d. suis & legit.* vel ex potentia sangvinis. *L. un. C. d. his qui ant. apert. tab.*

3. Transmittere possunt liberi, sive masculi sive fœminæ. *d. l. un.* & quidem jure suitatis in heredes quoscunque, ex potentia sangvinis nonnisi in descendentes, cujuscunque sint sexus vel gradus. *d. l. un.*

4. Materia hereditas, legata qvoq; & fideicommissa, *d. l. un.* sed non conditionalia, *vid. Consal. tr. d. fideicommiss. f. 112.* item legitima. *Id. f. 226.* ut & donatio. *Id. f. 4.*

5. Fi-

5. Finis & effectus, ut hereditas ad posteros transeat.

6. Affine jus accrescendi, *l. 142. d. V.S. l. 89. d. leg. 2.* Contraria repudiatio vel recusatio, non tamen substitutio vulgaris. *Vasq. d. success. part. 1. §. 21. n. 183. seqq.*

Cap. XVIII.

De Jure accrescendi.

1. Jus accrescendi Anwachsungs-Recht/ est jus, quo pars vacans cedit parti occupatæ *Svev. in tr. sing. c. 4.*

2. Estq; in specie sic dictum, vel jus non decrescendi. *L. un. § 11. C. d. caduc. toll.*

3. Causa efficiens, lex vel dispositio testatoris.

4. *M*ateria quòd locum habeat in hereditate tam testamentaria, *d. l. un. §. 10.* quàm ab intestato delata. *l. 9. ff. d. suis & legit.* in bonorum possessionibus. *t. t. C. quand non pet. part. pet. accresc.* legatis *§. 8. I. d. legat.* mortis causâ donationi-

bus

bus. *L. fin. C. d. m. c. don* usufructu. *t. t. ff. d. usufr. accresc.* non autem in contractibus. *arg. l. 120. pr. ff. d. V. O.* neque emphyteusi, *Car. in* §. *Emphyteusis. qu. 39.* feudis. *1. F. 8. Svev. d. tr. lib. 2. c. 2.* aut in unione prolium. *Id. d. c. 2.*

5. Forma in requisitis consistit, & hæc propria sunt. 1. ut plures sint instituti, aut pluribus res eadem legata. 2. eodem testamento, & 3. conjunctim. 4. ut portio à collegatario nondum sit acquisita, aliâs ad heredes transmittit. *Svev. d. tr. lib. 2. c. 1.* deniq; 5. ut sit conjunctio mixta, vel ut re & verbis sint conjuncti. *l. 89. d. leg. 3. l. 142. d. V. S. Id. l. 2. c. 3.* non verbis vel re tantùm.

6. Finis ut voluntas testatoris impleatur. Effectus actio, quâ pars vacans peti potest. *Id. c. fin.*

7. Contraria acquisitio, substitutio; nam substitutus præfertur conjuncto, *Nov. 1. c. 1. §. 3.* prohibitio testatoris.

CAP.



LIB. V.

De Contractibus.

Cap. I.

De Obligationibus.

Jus ad rem nobis debitam consistit in obligatione.

1. OBligatio est juris vinculum, quo necessitate adstringimur rei alicujus solvendæ vel præstandæ, *pr. I. ht.*

2 Estque naturalis vel civilis: illa solo æqvitatis vinculo nititur, l. 59 *ff. d. solut.* hæc à lege est. *l. 52. §. 1. ht.* & contrahitur consensu tam vero, quàm præsumpto, vel re, verbis aut scripturâ. *l. 1. ht. §. f. l. eod.*

3. Obligatur is qui consentirè potest, tam pater qvàm filius, *l. 39. l. 43. ht.* non servus, *l. 14. eod.* surdus & mutus a... liquando. *l. 49. ht.* 4. Ma-

4. Materia ex qua obligatio existit, sunt facta: materia circa quam, res licitæ & possibiles; impossibilium enim nulla est obligatio. *l.26.d.V.O.l.45.d.R.I.*

5. Forma pro contrahentium voluntate varia: vel enim verbis, pactis, scripturâ vel aliter fit obligatio, l.4.*ff.d.pign.l.26.C.d.fid.instrum.* & proprio nomine vel alieno, *d.l.1.ht.* recipitque diem, conditionem, modum, l.24.l.44.*dt.*

6. Finis ut ex obligatione aliqvid detur vel fiat. Effectus ut ad dandum faciendumve aliquem obliget *l.3.ht.* actionemque ad exigendum producat.

7. Contraria obligationi dissensus, error, simulatio. Tollit eam solutio, & quicquid vim solutionis habet, *pr. I. quib.mod.toll.obl.* interitus rei ante moram debitæ. *l.45.ht.* tempus, saltem quoad exceptionem vel præscriptionem, *L.3.l.4.C.d.præscr.* *30.ann.*

Cap.

Cap. II.
De Pactis.

1. Pactum est duorum pluriumve in idem placitum consensus l. 1. *pr.ff.ht.*

2. Estque expressum vel tacitum *l.2. 3.4.ht.* personale, reale, l.2.l.22.eod. judiciale, extrajudiciale, obligatorium vel liberatorium.

3. Causa efficiens propinqua, consensus contrahentium, remota lex, προκαταρκτικὴ justa causa. Pacisci possunt omnes, qui non prohibentur; & alii naturâ, alii lege: naturâ infantes, furiosi amentes. *l.§.pen.ff.d. O & A.* lege impuberes. *l.1.ff. d.minor.* prodigi l.6.d.V. O. minores. *l.3 C.d.in int.restit.min.* nisi curatore autore *Gl. ibid.* filiusf. in detrimentum patris. *l.23.C.ht.*

4. Materia res, quæ in commercio sunt *l 34.§.1.d.contrah.empt.* præsentes vel futuræ. *l.46 ht.l.73.d.V.O.* modò sint paciscentium propriæ, d.l.46. Non autem

tem licet pacisci de rebus publicis. l. 28. l. 38. *ht.* nec turpibus vel prohibitis, l. 6. C. eod, nec de quota litis, *l. 5. C. de postul.* nec de hereditate viventis. *l. 15. l. 29. C. ht.*

5. Forma quòd non desiderant verborum ordinem, & vel re, vel per epistolam, vel per nuntium fiant, *l. 2. ht.* in præsens vel in diem vel sine conditione, *l. 24. §. 1. l. 41. l. 52. §. f. eod.* inque scripturam redigantur & consignentur à partibus vel à judicibus, vel à Notariis.

6. Finis ut aliqvid remittatur vel donetur *l. 22. C. ht.* Effectus qvòd hodiè ex pactis seriò initis oriatur actio. *c. 1. c. 3, x. eod.* sc. condictio ex lege vel canone. *C. d. in d. c. 1.* & exceptio peremptoria. *§. 1. I. d. except.*

7. Contraria, error, *l. 51. ht.* dolus, l. 7. §. 1. *eod.* metus *l. 116. ff. d. R. I.* & vitia, quæ hærent in materia, ut cùm res est turpis vel illicita; *l. 6. C. ht.* denique pacta posteriora. *l. 12. C. eod.*

E Cap.

Cap. III.
De Stipulatione.

Contractus vel sunt juris civilis, aut gentium: & illi ex verbis, ut verborum obligatio, cui accedit sponsio, fidejussio, assecuratio; vel ex literis, ut literarum obligatio.

1. VErborum obligatio seu stipulatio est verborum conceptio, quâ is qui interrogatur, daturum facturumque quod interrogatus est, respondet. *l. 1. §. 3. §. d. V. O.*

2. Partes ejus duæ, interrogatio & congrua responsio. *l. 1. §. f. ht. l. 52. §. 7. d. O. & A.*

3. Estque judicialis, conventionalis, *l. 5. pr. ff. ht.* deinde in dando vel faciendo consistit, hinc dividua vel individua, *l. 2. l. 22. ht. ibique. Cd.* certa vel incerta. *l. 73. eod.* pura, in diem, conditionalis, § 2. I. *eod.* denique à loci circumstantia

ſtantia judicialis vel extrajudicialis. *Gl. & Dd. in l. 69. eod.*

4. Cauſa efficiens verba contrahentium idoneè voluntatem ſignificantia. *l. 1. §. 2. ht. l. 7. § 12. d. pact.*

5. *Materia* circa quam, res omnes quæ in dando faciendoque conſiſtunt, & dari fierive poſſunt. *l. 2. l. 29. ht. §. fin. I. eod.*

6. Forma ut fiat utroque loquente & præſente, *l. 1. pr. ht.* ut interrogatio præcedat & in continenti ſequatur reſponſio. *d. l. 1. §. 1. l. 137. eod.* quæ facienda verbis futuri temporis, & certis ac idoneis, olim ſolennibus, hodiè quibuscunque, *d. l.* 1. §. *2. l. 65. pr. ff. ht. §. 11. I. eod. l. 10.* C. *d. contr. ſtip.* imò & diverſis lingvis *d. l. 1. §. f. ht. §. 1. I. eod.* Fit & ſtipulatio purè, in diem vel ſub conditione. §. 1. *I. ht. l. 63. l. 73. pr. ff. eod.*

7. Finis ut promiſſor ex verborum vinculo obligetur, etiam re interveniente. Effectus condictio certi, quæ certum, & actio ex ſtipulatu, quæ incertum petit. *l. 74. l. 75. ht. pr.* I. *eod. l. 9. ff. ſi cert. pet.*

8. Affinia, pollicitatio, *t.t.ff.d.pollicit.* & sponsio. Contraria vitia *t.t.I.d.in utstip.* dolus. *l.36.ht.* error, dissensus §.22.*I.dt.* scelus aut turpitudo. l.4. C. cod.

Cap. IV.

De Sponsionibus.

1. Sponsio ein Wettung est conventio, quâ inter duos pluresve, nî ita res esset, certum quid deponitur aut promittitur, ea lege, ut victori cedat *L. 17.§.f.ff.d præsc.verb.*

2. Estq; judicialis vel extrajudicialis, simplex vel mutua: honesta vel inhonestâ, & illa seria vel jocosa. *Val. Max.lib.2.c.3. Plin.hist.nat.lib.9.c.35. Franc.Pfeil.resp.34.cent.1.*

3. Causa efficiens remota, lex, *l.3.ff. d.* aleat. προκαταρκτικὴ spes lucri, aliquando facilitas & inconsultus calor, vel mera jactantia & propè insania.

4. Cau-

4. Causa proxima sunt personæ spondentes. Spondere possunt omnes, qui non prohibentur.

5. Materia circa quam, res honestæ, *l.3.ff.d.aleat.*l.17.§.*f.d. P.V.* futuræ vel præteritæ, & illæ quidem semper circa conditiones versantur. Spondere non licet super ludo prohibito, *l.2.*§.1.*ff.d. aleat.*vel in causa inhonesta. *d.l.17.*§.*f. d.P.V.*

6. Materia quam spondere licet, sunt omnes, quæ sunt in commercio, pecunia *d.l.2.l.3. d. aleat.*vinum vel frumentum. *Wehn.cons.59.*annuli.*d.l.17.& res alia.*

7. Forma substantialis, ut fiat per conventionem, & quidem plerunque per restipulationem. *l. 108.ff. d.V.O.*& semper sub conditione. Accidentalis forma est, quòd inter duos vel plures fiat interveniente stipulatione vel pacto. *l.5.pr.&* §.1.*ff. d. naut. fœn.* sub æquali vel inæquali pecunia; & aliqvando depositis pignoribus apud tertium, & sub arbitrio tertii, uter vicerit. Ob

5. Finis & effectus, ut hereditas ad posteros transeat.

6. Affine jus accrescendi, *l. 142. d. V. S. l. 89. d. leg. 2.* Contraria repudiatio vel recusatio, non tamen substitutio vulgaris. *Vasq. d. success. part. 1. §. 21. n. 183. seqq.*

Cap. XVIII.

De Jure accrescendi.

1. JUs accrescendi Anwachsungs-Recht/ est jus, quo pars vacans cedit parti occupatæ *Svev. in tr. sing. c. 4.*

2. Estq; in specie sic dictum, vel jus non decrescendi. *L. un. § 11. C. d. caduc. toll.*

3. Causa efficiens, lex vel dispositio testatoris.

4. *Materia* quòd locum habeat in hereditate tam testamentaria, *d. l. un. §. 10.* quàm ab intestato delata. *l. 9. ff. d. suis & legit.* in bonorum possessionibus. *t. t. C. quand non pet. part. pet. accresc.* legatis *§. 8. I. d. legat.* mortis causâ donationibus

bus. *L. fin. C. d. m. c. don* usufructu.*t.t.ff. d. usufr. accresc.* non autem in contractibus. *arg. l. 120. pr. ff. d. V. O.* neque emphyteusi, *Car. in* §. *Emphyteusis. qu. 39.* feudis. *1. F. 8. Svev. d. tr. lib. 2. c. 2.* aut in unione prolium. *Id. d. c. 2.*

5. Forma in requisitis consistit, & hæc propria sunt. 1. ut plures sint instituti, aut pluribus res eadem legata. 2. eodem testamento, & 3. conjunctim. 4. ut portio à collegatatio nondum sit acquisita, aliâs ad heredes transmittit. *Svev. d. tr. lib. 2. c. 1.* deniq; 5. ut sit conjunctio mixta, vel ut re & verbis sint conjuncti, *l. 89. d. leg. 3. l. 142. d. V. S. Id. l. 2. c. 3.* non verbis vel re tantùm.

6. Finis ut voluntas testatoris impleatur. Effectus actio, quâ pars vacans peti potest. *Id. c. fin.*

7. Contraria acquisitio, substitutio; nam substitutus præfertur conjuncto, *Nov. 1. c. 1. §. 3.* prohibitio testatoris.

CAP.



LIB. V.

De Contractibus.

Cap. I.

De Obligationibus.

Jus ad rem nobis debitam consistit in obligatione.

1. Obligatio est juris vinculum, quo necessitate adstringimur rei alicujus solvendæ vel præstandæ, *pr.* I. *ht.*

2 Estque naturalis vel civilis: illa solo æqvitatis vinculo nititur, l. 59 *ff. d. solut.* hæc à lege est. *l. 52. §. 1. ht.* & contrahitur consensu tam vero, quàm præsumpto, vel re, verbis aut scripturâ. *l. 1. ht. §. f. l. eod.*

3. Obligatur is qui consentire potest, tam pater qvàm filius, *l. 39. l. 43. ht.* non servus, *l. 14. eod.* surdus & mutus aliquando. *l. 49. ht.* 4. *Ma-*

4. Materia ex qua obligatio existit, sunt facta: materia circa quam, res licitæ & possibiles; impossibilium enim nulla est obligatio. *l.26.d.V.O.l.45.d.R.I.*

5. Forma pro contrahentium voluntate variæ: vel enim verbis, pactis, scripturâ vel aliter fit obligatio, l.4.*ff.d.pign.l.26.C.d.fid.instrum.* & proprio nomine vel alieno, *d.l.1.ht.* recipitque diem, conditionem, modum, l.24.l.44.*dt.*

6. Finis ut ex obligatione aliqvid detur vel fiat. Effectus ut ad dandum faciendumve aliquem obliget *l.3.ht.* actionemque ad exigendum producat.

7. Contraria obligationi dissensus, error, simulatio. Tollit eam solutio, & quicquid vim solutionis habet, *pr. I. quib.mod. toll.obl.* interitus rei ante moram debitæ. *l.45.ht.* tempus, saltem quoad exceptionem vel præscriptionem, *L.3.l.4.C.d.prascr. 30.ann.*

Cap.

Cap. II.
De Pactis.

1. PActum est duorum pluriumve in idem placitum consensus l. 1. *pr.ff.ht.*

2. Estque expressum vel tacitum *l.2.3.4.ht.* personale, reale, l.2.l.22.eod. judiciale, extrajudiciale, obligatorium vel liberatorium.

3. Causa efficiens propinqua, consensus contrahentium, remota lex, προκαταρκτικὴ justa causa. Pacisci possunt omnes, qui non prohibentur; & alii naturâ, alii lege: naturâ infantes, furiosi amentes. *l.§.pen.ff.d. O & A.* lege impuberes. *l.1.ff. d.minor.* prodigi l.6.d.V.O. minores. *l.3 C.d.in int.restit.min.* nisi curatore autore *Gl. ibid.* filiusf. in detrimentum patris. *l.23.C.ht.*

4. Materia res, quæ in commercio sunt *l 34.§.1.d.contrah.empt.* præsentes vel futuræ. *l.46 ht.l.73.d.V.O.* modò sint paciscentium propriæ, d.l.46. Non autem

tem licet pacisci de rebus publicis. l. 28. l. 38. *ht.* nec turpibus vel prohibitis, l. 6. C. eod, nec de quota litis, *l. 5. C. de postul.* nec de hereditate viventis. *l. 15. l. 29. C. ht.*

5. Forma quòd non desiderant verborum ordinem, & vel re, vel per epistolam, vel per nuntium fiant, *l. 2. ht.* in præsens vel in diem vel sine conditione, *l. 24. §. 1. l. 41. l. 52. §. f. eod.* inque scripturam redigantur & consignentur à partibus vel à judicibus, vel à Notariis.

6. Finis ut aliqvid remittatur vel donetur *l. 22. C. ht.* Effectus qvòd hodiè ex pactis seriò initis oriatur actio. *c. 1. c. 3. x. eod.* sc. condictio ex lege vel canone. *C. d. in d. c. 1.* & exceptio peremptoria. *§. 1. I. d. except.*

7. Contraria, error, *l. 51. ht.* dolus, l. 7. §. 1. *eod.* metus *l. 116. ff. d. R. I.* & vitia, quæ hærent in materia, ut cùm res est turpis vel illicita; *l. 6. C. ht.* denique pacta posteriora. *l. 12. C. eod.*

Cap. III.
De Stipulatione.

Contractus vel sunt juris civilis, aut gentium: & illi ex verbis, ut verborum obligatio, cui accedit sponsio, fidejussio, assecuratio; vel ex literis, ut literarum obligatio.

1. VErborum obligatio seu stipulatio est verborum conceptio, quâ is qui interrogatur, daturum facturumque quod interrogatus est, respondet. *l. 1. §. 3. §. d. V. O.*

2. Partes ejus duæ, interrogatio & congrua responsio. *l. 1. §. f. ht. l. 52. §. 7. d. O. & A.*

3. Estque judicialis, conventionalis, *l. 5. pr. ff. ht.* deinde in dando vel faciendo consistit, hinc dividua vel individua, *l. 2. l. 22. ht. ibique. Cd.* certa vel incerta. *l. 73. eod.* pura, in diem, conditionalis, § 2. I. *eod.* denique à loci circumstantia

ſtantia judicialis vel extrajudicialis. *Gl. & Dd. in l. 69. eod.*

4. Cauſa efficiens verba contrahentium idoneè voluntatem ſignificantia. *l. 1. §. 2. ht. l. 7. § 12. d. pact.*

5. *Materia* circa quam, res omnes quæ in dando faciendoque conſiſtunt, & dari fierive poſſunt. *l. 2. l. 29. ht. § fin. I. eod.*

6. Forma ut fiat utroque loquente & præſente, *l. 1. pr. ht.* ut interrogatio præcedat & in continenti ſequatur reſponſio. *d. l. 1. §. 1. l. 137. eod.* quæ facienda verbis futuri temporis, & certis ac idoneis, olim ſolennibus, hodiè quibuscunque, *d. l. 1. §. 2. l. 65. pr. ff. ht. §. 11. I. eod. l. 10. C. d. contr. ſtip.* imò & diverſis lingvis *d. l. 1. §. f. ht. §. 1. I. eod.* Fit & ſtipulatio purè, in diem vel ſub conditione. §. 1. *I. ht. l. 63. l. 73. pr. ff. eod.*

7. Finis ut promiſſor ex verborum vinculo obligetur, etiam re interveniente. Effectus condictio certi, quæ certum, & actio ex ſtipulatu, quæ incertum petit. *l. 74. l. 75. ht. pr. I. eod. l. 9. ff. ſi cert. pet.*

 8. Af-

8. Affinia, pollicitatio, *t. t. ff. d. pollicit.* & sponsio. Contraria vitia *t. t. l. d. in ut stip.* dolus. *l. 36. ht.* error, dissensus §. *22. l. dt.* scelus aut turpitudo. l. 4. C. eod.

Cap. IV.

De Sponsionibus.

1. SPonsio ein Wettung est conventio, quâ inter duos pluresve, nî ita res esset, certum quid deponitur aut promittitur, ea lege, ut victori cedat *L. 17. §. f. ff. d praesc. verb.*

2. Estq; judicialis vel extrajudicialis, simplex vel mutua: honesta vel inhonestâ, & illa seria vel jocosa. *Val. Max. lib. 2. c. 3. Plin. hist. nat. lib. 9. c. 35. Franc. Pfeil. resp. 34. cent. 1.*

3. Causa efficiens remota, lex, *l. 3. ff. d.* aleat. προκαταρκτικὴ spes lucri, aliquando facilitas & inconsultus calor, vel mera jactantia & propè insania.

4. Cau-

4. Causa proxima sunt personæ spondentes. Spondere possunt omnes, qui non prohibentur.

5. Materia circa quam, res honestæ, *l.3.ff.d.aleat.*l.17. §.*f.d. P.V.* futuræ vel præteritæ, & illæ quidem semper circa conditiones versantur. Spondere non licet super ludo prohibito, *l.2.*§.1.*ff.d. aleat.*vel in causa inhonesta. *d.l.17.* §. *f. d.P.V.*

6. Materia quam spondere licet, sunt omnes, quæ sunt in commercio, pecunia *d.l.2.l.3. d. aleat.*vinum vel frumentum. *Wehn.cons.59.*annuli.*d.l.17.*& res *alia.*

7. Forma substantialis, ut fiat per conventionem, & quidem plerunque per restipulationem. *l. 108.ff. d.V.O.*& semper sub conditione. *A*ccidentalis forma est, quòd inter duos vel plures fiat interveniente stipulatione vel pacto. *l.5.pr.*& §.1.*ff. d.naut.fœn.*sub æquali vel inæquali pecunia; & aliqvando depositis pignoribus apud tertium, & sub arbitrio tertii, uter vicerit. Ob

summam immodicam sponsio reprobatur.

8. Finis lucrum vincentis. Effectus actio ex pacto vel stipulatu *l.13.ff.d.V.O.* & præscriptis verbis *l.17.§.f.d.P.V.* de dolo *l.5.6 7.ff.d.dol.mal. Stracha tr. d. Sponsion.part.4.c* 14.

9. Affinia pactum, pollicitatio, donatio, stipulatio, fœnus nauticum, assecuratio. Contraria dolus, l.2.§.2.*ff.d.dol.* captatio in verbis, vis, metus, caussa inhonesta, *d.l.17.§.f.*d.*P.V.Tessaur. 2.q.19.n.6.* error, dubia promissio. *Zas. ad l.108.n.*11.*d.V.O.*

Cap. V.

De Fidejussionibus.

1. Fidejussio est stipulatio, qvâ alterius obligationem ita in fidem nostram suscipimus, ut tamen debitor principalis maneat obligatus.

2. Estqve pura vel conditionalis.

3. Fidejubere possunt omnes, qui & obligari, tam patres quàm filiif. l.8. C. ht

ht. non mulieres. *t. t. ad. Sc. Vellej.* nisi beneficiis suis renuncient. *auth. si qua mulier. C eod. Geil. 2. O.* 89. 90. neque milites *l. 31. C. d. loc. conduct.* servi *l. 20. ht.* clerici & monachi. *Hostiens. in rub. x. eod. n. 3.* pupilli & minores, nisi authoritate tutorum & curatorum. *l. 49. ht. l. 3. ff. d. min.*

4. Materia circa quam & cui fidejussor accedere potest, sunt omnes omninò obligationes, ex quibuscunque oriantur contractibus, *l. 1. ht.* §. *1. l. eod.* In criminalibus valet eatenus fidejussio, ut fidejussores ad pœnam pecuniariam se obligent. *l. 3. 4. ff. d. custod. reor.* non etiam ad corporalem. *Dd. in l. 71.* §. *f. ht.*

5. Forma fidejussionis in stipulatione consistit, *l. 12. C. eod,* quæ semper intervenisse præsumitur. §. *f.* I. *ht.* Et tenetur fidejussor ad idipsum, quod debet principalis, non ad aliud durius causâ, re, tempore, loco, l. 8. §. 7. l. 34. *ht.* non in majorem summam, quamvis ad concurrentem obligetur, *l. 27.* §. *1. d. pact. l.*

1.*d.V.O.* at in leviorem causam obligari potest. *d l.8.d.l 34.* §.4. l. *eod.* Fidejussor etiam purè vel sub conditione, ad tempus vel *ex* tempore dari potest, *l.10. C. ht.* qvo casu post lapsum temporis non tenetur, etsi principalis ulteriꝰ se obligaverit. *L.7.C.locat. Mynſ.6.O.53. Gail. 2.O.30.*

6. Finis fidejussionis est, ut creditor fiat securus. *pr.l.eod.§.f. l.d.replic.* Effectus quòd fidejussor peræquè tenetur ac debitor principalis, ad id sc. quod tempore fidejussionis erat in obligatione, seu sors sit, sive usura, *es sey* Capital oder Zinß. *l.68. §.1. ht.* non etiam qvod ex mora aut delicto debitoris accessit, *l.8. de eo quod cert. loc.* nisi in omnem causam fidejusserit. *l.54. ff. locat.*

7. Tria autem fidejussores habent beneficia. 1. excussionis, ne conveniantur ante principalem, nisi hic sit absens, vel non solvendo, *auth. præsente C. ht.* vel si quis se ut debitorem principalem. als ein Selbsschuldner constituerit,

rit, *Geil.* 2. *O.* 77. vel ex statutis aliter obſervetur. *Mynſ.* 2. *O.* 15. (2) diviſionis ut plures teneantur pro rata §. 4. I. *ht.* (3) cedendarum actionum, ut ei qui ſolvit, creditor actionem cedat in confidejuſſores, ut viriles præſtent. l. 1. 7. *l.* 18. *ht. Everhard. conſil.* 1. *per tot.*

8. *Ad* effectum & hoc pertinet, quòd fidejuſſor non poſſit agere ad liberationem, niſi debitor bona dilapidet, aut ipſe diu in obligatione ſtet: rit. l. 10 *C. mandat.* aut in eum parata ſit executio ex inſtrumento guarentigiato. *Geil.* 2. *O.* 29.

9. *Solutione* facta repetere poteſt fidejuſſor non modò debitum, quod ſolvit, ſed quicquid ex fidejuſſione damni injuriæve eſt paſſus. *Bald. in d. l.* 10. *n.* 15. *C. mand.* idq; contraria mandari actione à principali debitore ejusque heredibus.

10. Contraria modi, quibus fidejuſſio tollitur: quales ſolutio. *l.* 76. *ff. d. ſolut.* novatio. *l. C. eod.* prorogatio termini absque fidejuſſoris conſenſu fa-

cta:sententia definitiva, obligationis diuturnitas, repræsentatio rei principalis semel facta, nisi totius judicii fidejussor sit. *Hyppolit. rub. lit, n. 99.*

Cap. VI.

De Assecuratione.

1. Assecuratio est contractus, quo alienarum rerum pericula casusque fortuitos suscipimus, certo precio, scriptura interveniente definito. *Stracha tr. d. Assecur. præf. n. 46.*

2. Causa efficiens remota, consvetudo & stylus curiæ mercatorum, statuta emporiorum & constitutiones: propinqua illi qui assecurare possunt.

3. Et cùm pactionibus frequenter fiat, assecurare poterunt omnes, qui pacisci vel contrahere naturâ vel lege non prohibentur.

4. Nec quis ipse tantùm, sed & per alios veluti per filios, itemque procuratorem, institorem vel mediatorem, dato

dato ad hoc speciali mandato assecurare poterit. *l. 27. §. 1. l. 28. l. 68. d. procur. l. 79. d. V. O.*

5. Materia merces licitæ. *l. 11. §. 2. ff. d. publican. & vectig. Strach. gl. 5. n. 3.* non etiam personæ.

6. Forma quòd fiat pro certo precio, & instrumenta ac literæ desuper conficiantur & subscribantur.

7. Finis utilitas publica, ut commercia conserventur, & privata assecurati, quatenus rerum suarum indemnitatem consequitur, & assecuratoris, ut lucrum rebus prosperè cedentibus captet. *Scacci ad commerc. §. 1. q. 7. p. 1.*

8. Effectus obligatio utrinq; ad præstanda ea, quæ inter partes convenêre; & actio exinde orta, si pars alterutra contractui non steterit. Lites assecuratoriæ mercatorum arbitrio plerunq; committi, & de plano expediri solent.

9. Affinia fidejussio, stipulatio, fœnus nauticum, sponsio, olla fortunæ. Contraria assecurati culpa, pactorum trans-

transgressio, contrariæ etiam exceptiones utrinque competentes, *Starcha d.tr.gl.29.*

Cap. VII.
De Literarum obligationibus.

Hactenus de obligatione verborum, sequitur literarum obligatio.

1. Literarum obligatio seu contractus chirographarius est, quo quis scripturâ obligatur ad solvendum illi, cui quis se pecuniam debere & accepisse scripsit. *l.d lit.oblig.*

2. Initur à creditore & debitore, qui pecuniâ vel verè numeratâ, vel spe ejus numerandæ cautionem scripsit & creditori tradidit.

3. Materia res fungibilis, vel pecunia. *dt. & t.t. C.d.non.num.pecun.*

4. Forma ut quis scripturâ alteri traditâ confessus sit, se ab illo certam quantitatem accepisse. *dt. & texx.*

5. Fi-

5. Finis & effectus, ut quis reddat in eodem genere ac bonitate pecuniam aliamve rem fungibilem acceptam. *d.t.* & datur inde condictio certi seu ex chirographo.

6. Contraria apocha seu quietantia Quittung/ quâ creditor solutionem debiti fatetur; item exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ datur debitori intra biennium, tuncque creditori incumbit numerationis probatio, *l. 1. 10. l. 14. C. dt.* imò & post biennium, si debitor probare velit. *Jo. à Sande lib. 1. def. Fris. t. 8. d. 3. H. Pistor. 4. q. 12.* Et hæc maximè inter mercatores obtinent. *P. Heig. ad. t.* I. *d. lit. oblig. n. 73.*

Cap. VIII.

De Mutuo.

Contractus jure gentium fiunt vel ex re, vel consensu. Contractus reales sunt mutuum, commodatum, depositum, pignus.

1. MUtuum est contractus realis, quo rem in quantitate consistentem ita damus, ut accipiens eandem reddat non in specie, sed in genere, *pr.* I. *quib. mod. re contr. oblig.*

2. Estque verum vel quasi per fictionem brevis manus. *l. 15. ff. d. R. C.* civile, naturale, mixtum, *Tr. D. 1. 20. Θ. 1. lit. d.*

3. Causa efficiens conventio ac consensus contrahentium, ipseque rei traditio.

4. Materia res fungibiles seu quæ pondere, numero, mensurâ constant. *l. 2. §. 1. ff. dt. & d. pr.*

5. Forma à parte dantis dominium, & voluntas ac facultas id transferendi. *l. 2. §. 4. eod. §. 2. I. quib. alien. lic.* ex parte accipientis, ut rem mutuo datam restituat, in eadem bonitate ac qualitate, quæ fuit tempore contractûs, *l. 3. ff. dt.* etiam valore pecuniæ mutato, *l. 69 ff. d. contrah. empt. c. 20. x. d. censib.*

6 Finis ut res necessariæ inter homines communicentur, iisque frui liceat

ceat. *l. 17. §. 3. ff. commod.* Effectus conditio certi. vel ex stipulatu. *d. pr. l. quib. mod. recont. obl. pr. l. d. V. O.*

7. Adjacentia usuræ, Interesse. Affinia cambium, emptio redituum annuorum, Gültkauff/ vitalitium Leibkauff.

8. Contraria error. *l. 18. dt.* mora, *l. 32. eod.* item exceptio non numeratæ pecuniæ, qvæ opponenda intra biennium, non post, nisi debitor onus probandi recipere velit. *L. 8. l. 24. C. d. non num. pec. t. t. l. d. lit. oblig.*

Cap. IX.
De Cambiis.

Affine mutuo est Cambium.

1. Cambium est contract, dandi & reddendi tantundem pecuniæ in diversis locis, ad commodiorem negociationis usum inductus.

2. Estque vel manuale, vel literarum in specie sic dictum: deinde vel feriarum

rum seu nundinale, vel platearum sive non nundinale.

3. Causa efficiens remota jus gentium, consuetudo, statutum: propinqua ipsi negociatores seu campsores, & qui literas cambii acceptant. *Stypman. d. jur marit. & naut. p. 4. c. 8. n. 12. seqq.*

4. Materia omnis generis pecuniæ & numeri recepti. *Scacc. tr. d. commerc. §. 1. q. 4. n. 19. seqq. & q. 6.*

5. Forma ut dentur literæ cambii Wechselbrieff. unæ, binæ vel ternæ, directæ ad locum solutionis & præsentatæ acceptentur statim auff Sicht / vel intra certos dies; non acceptatæ cum protesto, uti vocant, remittantur prima occasione, ut jus agendi contra datorem literarum maneat salvum, summaque in literis contenta reddatur.

6. Finis primarius est commodior commerciorum usus; secundari9, lucrũ honestum, quo negociatores ob industriam operas, sumptus & pericula ex numismatum commutatione sperant; solet etiam dari collybistica symbola

bola Wechselgeld. Effectus actio de cambio ad persequendum id, quod ex cambio initio & acceptatis literis debetur. *Marquard.d.jur.mercat. lib.2. c.18.* & ut pecunia cambialis jus habeat prælationis. *Id.d.c.n.fin.* Lites inde ortæ in foro mercatorum decidi solent, vel apud judicem ordinarium, quem sæpè ipsi negociatores informare necesse habent.

7. Cambio potest accedere fidejussor, qui secundis vel tertiis literis cambii subscribit, sed tamen ita, ut tanquam principalis teneatur.

8. Affine est cambiis, quando pecunia datur mercatori non ad cambium, sed ut suo periculo eam in cambiis habeat expositam, adjecto pacto de lucro modico.

9. Contraria cambiorum sunt, quæ ea vel oriri prohibent, qualia sunt cambia illicita, veluti sicca, *c.1.d.camb.in lib. 7.decretal.* vel eadē jam existentia perimunt, ut mutuus partiū dissensus. Non tamen literis cambii opponi potest exce-

exceptio non numeratæ pecuniæ, nec ordinis. *Stypm.d.c.8.n.118.*

Cap. X.
De Usuris.

Accidentia mutui sunt usuræ, Interesse, mora.

1. Usura est id, quod supra sortem in mutuo exigitur.

2. Estque vel lucratoria, compensativa, punitoria: illa illicita, *c.8.cau.14 q.4.* hæ licitæ. *l.17.§.3.ff.ht.* deinde legalis vel conventionalis, terrestris, nautica *Vultej.1.J.R.44.*

3. Causa efficiens, pactum, stipulatio: προκαταρκτικὴ mora.

4. Materia, pecuniæ usus.

5. Forma in quantitate consistit, & quotannis Nobilibus quatuor, mercatoribus octo, cæteris sex pro centum debentur, *l.26.C.ht.* hodiè quinq; tantum R.A. *1548.* & *1577.t.17.* R.A. *1654.* §. Anlangend künfftige Zinß/alicubi etiam sex.

6. F

6. Finis ut damnum compensetur, & mora puniatur. Effectus ut sorte uti liceat, & interim canon à creditore exigatur.

7. Affinia annui reditus, Gültkauff/ *R. 1548. & 1577. t.* von wunderlichen Contracten. 17. & interesse. Contraria anatocismus, f. usuræ usurarum, Juden-wucher/ *l. 28. C. ht. l. 26. §. 1. ff. d. cond. indeb.*

Cap. XI.

De Interesse.

1. INteresse est utilitas justa circa rem de qua agitur, consistens, quam haberemus, si dámnum non dedisset, aut lucrum nobis non intercepisset adversarius. *L. 13. ff. rem. rat. hab.* L. *un. inf. C. d. sent. quæ pro eo quod interest.*

2. Estque aliud damni emergentis, aliud lucri cessantis. *d. l. 13. d. l. un.* minus rectè dividitur in commune, conventum & singulare, vel intrinsecum & extrin-

extrinsecum. *vid. Caballin. tr. de eo quod interest. n.* 13. *16.*

3. Causa efficiens remota, æquitas naturalis: propinqua, mora, *l. 8. ff. d. eo quod cert. loc.* vel factum adversarii.

4. *M*ateria est damnum emergens vel lucrum cessans, id est, omnis utilitas, quæ circa rem ipsam, quæ præstanda, consistit.

5. Forma in modo consistit, ad quem usque taxari potest; ut sc. in casibꝰ vel factis certis ad duplum usque, in incertis tantum, quantum reverà damnum datum est, quantumque verè lucrari potuit, actor interesse nomine accipiat. *d. l. un.* an verò interesse quis petere possit. *vid. Menoch. d. A. J. Q cas. 119. n. 18.*

6. Finis ne quis per alterius culpam sentiat damnum. Effectus propinquus est ipsa adversarii ex mora & facto obligatio: remotus, ejus quod interest petitio vel per modum actionis vel officio judicis. *Caballin. d. tr. n. 218.*

7. Af-

7. Affinia, pœna conventionalis, usura, fructus rei, annui reditus, Jährliche Zinß/Gülten/Renten. Contraria quæ petitionem interesse impediunt, vel cessare faciunt: ut si reus moram purget, vel nihil intersit aut interesse desinat, *l.* 112. § *f. d. V. O.* vel loco ejus quod interest, certa pœna promittatur. §. *f.* l. *eod.*

Cap. XII.

De Mora.

1. MOra est solutionis frustratoria dilatio, vel debiti oblati recusatio.

2. Estque tacita, vel expressa. *l.* 33. *l.* 135. § 1. *ff. d. V. O. l.* 12. C. *d. contr. stip.*

3. Committit eam debitór, cùm interpellatus vel omninò non, vel non justo tempore solvit: & creditor, quando solutionem debiti justo loco, tempore & modo oblatam recipere recusat.

4. Forma qvòd fiat ex persona, si vel debitor interpellatus opportuno loco & tem-

& tempore non solvit, *l. 32. ff. d. usur. l. 127. d. V. O.* vel creditor debitum non acceptat.

5. Effectus quoad debitorē, 1. obligationis perpetuatio. *l. 91. § 3. d. V. O.* (2) fructuū præstatio. *l. 38. ff. d. usur.* in creditore, quòd in eum transfertur periculum rei. *l. 127. d. V. O.*

6. Purgat eam debitor oblatione & depositione legitima, *l. 91. ff. dt. l. f. C. d. usur.* & solutione, tum etiam allegatione difficultatis & impossibilitatis, *l. 3. §. 3. d. actor. empt.* R. A. 1654. §. die Zinß. Creditor iterata debiti petitione. *l. 7. ff. d. usur*

Cap. XIII.
De Commodato.

1. Commodatum est contractus realis, quo res ad certum usum gratis datur, ita tamen ut illa ipsa restituatur.

2. Causa efficiens consensus contrahentium, & rei interventus, *§. 2. I. quib. mod. re contr. obl.*

3. Ma-

3. Materia circa quam res omnes *l. 1. §. 1. ht.* etiam alienæ, *l. 15. eod.* non tamen quæ usu consumuntur, nisi dicis ergò. *l. 3. §. f. l. 4. ht.*

4. Forma ut sit gratuitum, *d. §. 2. in f.* & ut concessio fiat ad certum finem, sub certo modo & tempore, expressè vel tacitè.

5. Finis ut mutuis juvemur officiis, & ut vitæ necessitatibus subveniatur. Effectus actio directa & contraria, illa datur commodanti ad restitutionem rei salvæ & integræ, unà cum fructibus: hæc commodatio ad expensarum repetionem. *l. 15. §. f. l. 59. ff. d. furt. l. 5. §. 9. l. 13. §. 1. ff. ht. c. un. x. eod.*

6. Affine commodato precarium, *l. 1. ff. d. precar.* à quo distant precariæ pontificiæ, qvæ pertinent ad locationem *Nov. 7. & 120.*

CAP. XIV.
De Deposito.

1. De-

1. DEpoſitum eſt contractus realis, quo res gratis cuſtodienda datur ſub fide eandem in ſpecie reſtituendi, quandocunque deponenti libuerit. *l. 1 pr. ff. ht.*

2. Eſtq; in ſpecie dictum, vel ſequeſtrum. *l. 17. ff. eod. l. 109. d. V.* S. voluntarium vel neceſſarium. *l. 1. § 1. 2. 3. ht.*

3. Materia res tàm propriæ quàm alienæ. *l. 31. ff. eod.*

4. Forma ut res tradatur, eademq; volenti quandocunque reſtituatur ſine ulla more aut exceptione. *l. 14. ht. l. pen. C. eod.*

5. Finis ut res bona fide ſervetur. Effectus actio directa & contraria; illa in depoſitarium, ut rem reſtituat cum fructibus, & damnum dolo culpaque latâ datum reſarciat. *l. 1. §. 24. 26. l. 7. §. 1 ht.* hæc in deponentem, ut expenſas refundat. *l. 5. eod.*

6. Affinis ſequeſtratio. Contraria compenſatio, reconventio, *l. 11. C. 1 t. l. fin. C. d. compenſ.* exceptio. *l. 18. §. ff. commod.*

CAP.

CAP. XV.
De Seqvestratione.
Depositi species est Sequestrum.

1. SEquestratio est rei controversæ à pluribus facta depositio. *l. 6. l. 17 ff. depos. l. 18. ff. d. P V.*

2. Estque voluntaria seu conventionalis & necessaria seu judicialis. *d. l. 6. & 17. L. un. C. d. prohib. seq. pec. t. t. x. d. seqq. poss. & fruct. Clem. un. eod.*

3. Causa efficiens, conventio partium & judex tam ordinarius, quam delegatus. *c. 2. x. d. dol. & contum.* προκαταρκτικὴ suspitio fugæ, *l. 7. §. 2. qui satisd. cog.* dilapidatio, *l. 22. §. 8. sol. matrim.* contumacia rei. *c. 2. x. d. seq. poss.*

4. Materia res corporales & incorporales, *d. l. 17. l. 110. l. 122. d. V. S. t. t. C. d. proh. seq. pec. O. C. p. 2. t. 21.* Von der streitigen Possession. mobiles, immobiles; aliquando personæ, uti sponsa duorum. *c. 14. x. d. sponsal.*

F 5. For-

5. Forma & requisita, 1. ut judici summariè constet de j re actoris. 2. ut citetur reus. 3. ut solicitans sequestrum, id ad sui juris vel debiti conservationem faciat, non calumniæ aut æmulationis causâ, idqve juratò affirmet. denique 4. ut ex persona rei adsit suspicio. *Mynſ.5.O.35.*

6. Finis & effectus creditoris assecuratio, & quòd eo invito reus non possit res ad se retrahere,

7. Contraria modi, quibus finitur, veluti mutuo consensu. *l.35.d.R.J.* conditione impleta l.*5.*§.1.*l.6.dep.* litis terminatione, *Clem.un.d.seq.poss.& fruct.* judicis decreto. *c.1.x.eod.* satisdatione & sufficienti cautione, fidei jussoribus vel pignoribus. *l.59.§f ff.mand.* juratoria cautione non aliter, quàm si persona sit fide digna, honesta & non de fuga suspecta. *Mynſ.2.O.11.*

Cap. XVI.
De Pignoribus.

1. Pi-

1. PIgnus est contractus realis, quo creditori jus in re constituitur, ad debiti securitatem. §. *4. l. quib. mod. re contrah. obl.*

2. Estq; generale, vel speciale. *l. 6. ht.* voluntarium seu conventionale, vel necessarium; illud expressum vel tacitum *t. t. ff. quib. cau. pign. tac. contrah.* hoc legale, prætorium vel judiciale. *t. t. Cd. prat. pign. t. t. C. d. reb. auth. jud. poss. d. Tr. 2. D. 1. ⊙. 2. 3. 4.* Est quoqve in specie. vel hypotheca seu rei immobilis, Insatz/ Unterpfand. §. *7.* I. *d. act.*

3. Causa efficiens, voluntas hominum expressa vel tacita. *l. pr. l. 16. ff. d. pigner. act.* lex, *t. t. in quib. pign. tac. contrah.* vel magistratus sive judex.

4. Materia res omnes tàm mobiles quàm soli, etiam nomina. *l. 16. §. f. d. pign. act.* Non tamen res sacræ & religiosæ vel publicæ. L. 3. C. *qua res pign. dar. poss.* neque litigiosæ. *l. 1. §. f. ff. eod.* alienæ. *t. C. si res alien.* prædia minorum. *t. t. ff. & C. d. prad. min.* fundus dotalis. *t. t. d. fund. dot. pr.* I. *quib. alien. lic.* non

etiam feuda, 2. *F. 53.* quamvis fructus possint. *Besold. cons 57. n. 237.* non instrumenta agriculturæ, *l. pen. & auth. seq. C. quæ res pign.* neque arma *l. 14. ff. de re milit.*

5. Forma quòd nuda voluntate & quibuscunque verbis fiat cum vel sine scriptura, *l. 4. ff. ht.* & pactiones, diem & conditiones recipiat. *l. 4. ff. d. pign. act.*

6. Finis ut creditor securus sit de credito, *arg. pr. l. d. fidei.* Effectus actio hypothecaria, quâ debitor pignus persequitur; §. 7. I. *d. act.* & pignoratitia, quâ debitor soluto debito ad ejus restitutionem agit, *t. t. d pign. act.* item distractio, quæ fieri debet bonâ fide & solennitate debitâ. *t. t. ff. & C. d. distract. pign.* L. *f. C. d. jur. dom. impet.* denique prioritas seu prælatio, quando alter alteri præfertur in pignore. *t. t. qui pot. in pign. vid. Beutheri tr. sing.*

7. Affinia fidejussio, *l. 7 ff. d. prat. stip. l. 1 ff. qui satisd. cog.* antichresis. *l. 1. §. 1. ht.*

8. Con-

8. Contraria modi, quibus ſolvitur, uti ſolutio, *l. 1. pr. l. 5. §. 2. ff. quib. mod. pign. ſolv.* oblatio & depoſitio debiti, *L. 19. C. d. uſur. l. 9. C. d. ſolut.* rei interitus totalis, *l. 16. §. 3. ht.* ædibus tamen combuſtis adhuc area manet obligata, *l. 21. d. pign. act.* denique longiſſimi temporis præſcriptio, *L. 3. l. 7. C. d. praſc. 30. ann.* & ſententia. *l. 5. §. f. quib. mod. pign. ſolv.*

CAP. XVII.
De Antichreſi.

Ad materiam pignoris pertinet Antichreſis Gegennußung / *quæ hodiè frequens eſt.*

1. ANtichreſis eſt ſpecies pignoris eâ lege dati, ut donec pecunia ſolvatur, creditor pignore utatur fruatur in vicem uſurarum. *L. 11. §. 1. d. pign. l. 33 ff. d. pign. act. L. 17. C. d. uſur. Cujac. 8. O. 35.*

2. Estque expressa vel tacita, temporaria vel perpetua. *Geil. 2. O. 3. Molinaeus in tr. d. commerc. usur. & redit. q. 35.*

3. Causa efficiens remota, dispositio legis: propinqva προκαταρκτικὴ, utilitas contrahentium: proxima, ipsi contrahentes, debitor & creditor.

4. Constituere antichresin possunt omnes, qui res suas pignori dare, sc. domini & qui alienandi potestatem habent, *l. fin. C. si res alien.*

5. Objectum res immobiles, veluti fundus, aedes, praedia, L. 17. *C. d. usur.*

6. Forma consistit in pacto, ut liceat uti frui, etiamsi perceptio fructuum excedat legitimum usurarum modum. *Mynf. 6. O. 71.*

7. Finis idem qui pignorum. Effectus quòd creditor fructus perceptos lucratur, nec in sortem imputare cogitur.

8. Cognata, pignora, usurae, pactum revenditionis. Contraria solutio debiti. *l. 9. §. 3. l. 11. §. 3. l. 33. d. pign. act. L. 2.*

C. d.

C. d. pign. & satisfactio alia, non præscriptio, *Mynf. 6. O. 70. Gail. 2. O, 18.*

Cap. XVIII.

De Emptione venditione.

Contractus juris gentium ex consensu sunt emptio venditio, cui accedit evictio & retractatus, locatio conductio, emphyteusis, societas, mandatum.

1. Emtio venditio est contractus de re certo pretio habenda.

2. Estque pura vel conditionalis §. 4. *l. ht.* Fitque in vel sine scriptis. *L. 17. C. d. fid. instrum.*

3. Causa efficiens, consensus in re & precio. *l. pr. l. 7. §. ht.*

4. Materia, res omnes, quæ sunt in commercio, non quæ extra illud, uti res sacræ, religiosæ, publicæ, §. *fin. l. ht. l. 6. l. 27. eod.* nec litigiosæ, *l. fin. C. d. litig.* non ædificia ut destruantur, *l. 57. eod.* non venena. *l. 35 § 2. ht.* P. H. O. *art. 37.* at rectæ res alienæ, *l. 28. ht.* nomina,

L.f. C.*mand.* annui reditus. *Nov. 72. c.pen.N.160.c.2.x. vag ht.* Venditum autem intelligitur, quicquid rei venditæ adhæret, was Erd und Nagel fest ist. *l. 37. ht.* & prædio vendito veniunt pisces, animalia & columbaria, ligna, molendina, thesauri. *Guid. Papæ decis. 51.*

5. Forma quòd fiat cum vel sine arrha, *l.17.C.d.fid.instrum.* sub conditione expressa vel tacita, *l. 7. l. 37. ht.* in diem certum. *l.213. d. V.S.* perficitur autem simul atque de precio convenerit, & res certa est, poteſtque precium in alterius tertii arbitrium conferri. §. *1.* I. *ht.l f. C. eod.*

6. Finis ut res inter homines communicentur. Effectus quòd à perfecto contractu recedere non liceat, sed emptor precium venditori tradere cogatur. *l. 7.C.d.act.empt.* deinde quòd periculum & commodum rei venditæ ad emptorem pertineat, §.3.*I.ht.* nisi venditor fuerit in dolo vel mora, *Carpz. 1. resp.108.*

7. Ad-

7. Adjacentia pacta, uti addictio in diem, lex commissoria, pactum de retrovendendo. *t. t. ff. in diem addict. & t. d. L. commiss.* L. 2. *C. d. pact. int. empt. & vend.*

8. Contraria dolus. *L. 5. C. d. rescind. vend.* error. *l. 4. ff. eod.* læsio ultra dimidium *L. 2.* C. *dt.* nisi quis huic remedio renunciet. *Richter. decis. 95.* vel venditio sit facta sub hasta. *Id. decis.* 99. n. 47. & 100.

Cap. XIX.
De Evictionibus.

1. Evictio est rei nostræ per judicem facta recuperatio. *l.* 24. ht.

2. Ad hanc præstandam venditor ex natura contractus tenetur, etsi nihil de ea convenerit, L. *6. C. ht.*

3. Et obtinet cumprimis in emptione, *d. l. 6.* sed & in aliis contractibus, veluti in permutatione, *L. 29.* C. *ht.* datione in solutum, *l. 4. C. eod.* divisione, *l. 66. §. f. ht.* locatione, *l. 9. ff. locat.* emphyteu-

phyteusi, L.*f.C.d.jur.emphyt.* imò & in transactione, *l.33.C.d.transact.*dote.*l.1.C.d.jur.dot.*

4. Forma quòd præstetur stipulatione simplæ vel duplæ.*l.16.*17.*ht.* Requisita ut quis ad evictionem agere possit, sunt 1. ut antequam res evincatur, autori suo quis denunciet litem sibi motam.*l.8.*C.*ht.* 2. ut res sententiâ injudicio sit evicta.*l.*16.*§.1.eod.*

5. Finis ut emptor in re empta sit securus. Effectus actio ex empto vel ex stipulatione simplæ, quâ petitur interesse cum precio, aut duplæ, quâ ad duplum precium agitur, *l.37.*§.*1.ht.* re evictâ, sc. quando lis maturè re adhuc integra venditori est denunciata, etiam scienti. *l.3.l.20.*C.*ht.*& si monitus, ut se defendat.*l.29.*§.*f.eod.* nisi notoria fit ejus injustitia.*l.11.*§.*12.ff.d.act.empt.*

6. Contraria, rei alienæ scientia, L. 27.C.*ht.* transactio vel compromissum, *l.56.*§.*1.ff.eod. Burgund.tr.d. evict.c.39. seqq.* omissio defensionis vel appellationis, *l.55. l.66. eod.* denunciatio non

justo

justo tempore facta, *l.29.§.f.eod.* deniq; injuria judicis & violentia, vulgò vor Gewalt zu wehren ist man nicht schuldig. *l.51.ht, Mynſ.1.O.54.*

CAP. XX.
De Retractu.

1. Retractus eſt facultas rem immobilem venditam intra certum tempus æquali pretio redimenti, certis perſonis ſpecialiter conceſſa, vulgò Einstand/Abtrieb/Losung/Freundrecht. *Lev.25.v. 25, Ruth. 4.v.4.Jer.32.v.7.* L.*14.C.d.contr.empt*

2. Eſtque legalis vel municipalis: & hic vel territorialis, qui civibus & incolis contra extraneum: gentilitius qui conſangvineis; cenſualis, qui communem cenſum præſtantibus, & partialis, qui partem rei venditæ poſſidenti competit.

3. Cauſa efficiens lex, L. *14.* C.*d. cont. empt. c.8.x.d.in int.reſtit.*L. 1.C.*d. metall. & metallar. lib.* 11. L.*f.*C.*d.jur.*

 em-

emphyt.l .congruit. C. *d. loc. præd civ.* consuetudo vel statutum.

4. Retrahere possunt consanguinei proximiores venditoris, non primi acquirentis, *Tiraq.d.retract.consang.§.11. gl. 1.n.18.* & liberi quoque alienantis, *arg.l.114.§.16.d.leg.1.vid.*Richter.*decis. 76.n. 13. seqq.* & his non extantibus, collaterales cognati, fœminæ & masculi. *Id. n. 30.* deinde socii, *Molin.d.just.& jur.d.379* post eos qui rem communem habent citra societatem, *5.F.t.14. 15 16.*postremò vicini & confines, L.*un.* C.*non lic.habit.metrocom.l. 11.5.F.t.24.*

5. Excluduntur à jure protimiseos spurii & naturales, filii adoptivi & spirituales: monachi, banniti, excommunicati: denique qui in venditorem fuére ingrati.

6. Materia res immobiles venditæ daß der Einstand allein in den liegenden unbeweglichẽ Gütern statt habe/vel quæ earum loco veniunt: & quidem avitæ, Stammgüter/alicubi etiam non avitæ. *Richter d. decis. 76.n.39.40.*

7. Et

7. Et obtinet retractus tantùm in emptione venditione; non in permutatione, neque divisione, datione in solutum, transactione, donatione, locatione ad longum tempus, emphyteusi, feudo pignorisq; datione *vid. Richter. d. decis. 76. n. 176. seqq.*

8. Forma ut 1. retrahens intra annum & diem redimat, 2. ut justum offerat precium & expensas emptori restituat. denique 3. sibi & in suum usum retrahat. *Geil. 2. O. 18. Berlich. 2. concl. 40. Richter. d. decis. n. 112. seqq.*

9. Finis tum familiæ conservatio, ut res in eam, ex qua exierat, familiam revertatur, tum ut exclusis extraneis res vendita apud quocunque modo conjunctos maneat. Effectus condictio ex lege vel statuto: potest etiam retrahens implorare nobile judicis officium.

10. Contraria renunciatio, anni lapsus, ad retrahendum inhabilitas.

CAP.

Cap. XXI.

De Locatione conductione.

1. LOcatio conductio & Contractus pro certa mercede aliquid faciendi, vel utendi. *l.14.l.22 §.1.2.ht.pr. I.eod.*

2, Estq; rerum vel operarum. *d.l.22. §.1.l.36.l.51.§.1.ht.l.27.in f.ad* L. *Aquil. junct.L.2.ff.ad L.Rhod.d jact.*

3. Causa efficiens, consensus expressus vel tacitus superre fruenda, & mercede certa. *l.2.pr.l.13. inf.l.14.ht.*

4. Materia res omnis mobilis, immobilis, corporalis seu incorporalis. *l.7.ff.d.usufr.* propria vel aliena. l.7.*ht.*

5. Forma quòd fiat sub certa mercede. *l.2.pr.ht.§.1.*I.*eod.* potest etiam fieri in perpetuum vel ad tempus. *l. 1.2.ff. si ager.vectig.* ultra decennium tamen facta aliud nomen libellariæ vel census accipit.

6. Fi-

6. Finis ut rerum usus inter homines communicetur. Et effectus actio locati, quâ mercedem damnaque dolô vel culpâ etiam levissimâ conductoris data locator petit. l. 9. §. *ht.* & conducti, ut locator domum reficiat. l. 15. l. 27. *eod.* ut propter interitum rei vel sterilitatem fructuum remittat pensiones. *l. 15* §. *2. l. 25.* §. *6. ht.* ut onera fundi præstet. ut damna vitio rei locatæ contracta sarciat. l. 19. §. 1. *eod.*

7. Affinia emphyteusis, admodiatio, libellaria, census.

8. Contraria error in re & mercede. l. 52. *ht.* dolus. l. 60. §. 4. *eod.* nimia mercedis inæqualitas, & deceptio ultra dimidium justi precii. *Dd. in* L. *2.* C. *d. resc. vend.*

Cap. XXII.
De Admodiatione.

1. Admodiatio est contractus, quo totius fundi proventus hac lege alicui locatur, ut is domino vel posses-

possessori loco mercedis certum modiorum numerum & redituum quantitatem tempore definito persolvat aut prænumeret.

2. Estque pura vel conditionalis, expressa vel tacita, *arg. l. 13. seqq. ff. locat.* temporalis vel perpetua: pecuniaria vel frumentaria.

3. Causa efficiens lex. *arg. l. 8. C. d. pact. L. si olei 21. C. locat.* & potissimùm consuetudo.

4. Subjectum est vel concedens, vel recipiens. Illud sunt prædiorum possessores, domini vel quasi, ac bonæ fidei possessores, usufructuarii, emphyteutæ & similes. Recipiens sunt omnes ii, quibus licet conducere.

5. Objectum principale, fundus seu prædium ein Land / oder Feldgut cum pertinentiis, quales, agri, horti, piscinæ, sylvæ, ædificia, molendina, imò integer etiam districtus, Aempter/Commenden.

6. Forma in pactis eidem adjici solitis consistit, quæ ex instrumentis & quoti-

quotidiana experientia peti facilè possunt.

7. Finis & effectus respectu proprietarii, ut is pecuniam illicò capiat, sicque necessariam aliàs prædii alienationem evitet, respectu admodiatoris, ut omnibus prædii reditibus durante admodiationis tempore frui, sicque rem familiarem augere possit.

8. Affinia, locatio cumprimis per aversionem. *l. 58. ff. locat.* socida Vieh-verstellung/ *l. 8. C. d. pact.* antichresis Pfandnutzung/ affictus. *c. f. x. d. restit. spol.* emptio census seu redituum annuorum.

9. Contraria quæ admodiationem vel vitiant vel finiunt. *Vitiant* usuraria pravitas *Carocc. part. 5 q. 9.* & nimia læsio. *Valasc. d. jur. emphyt. q 11. n. 3. 4.* finiunt lapsus temporis, & ante eum interitus vel mutatio fundi, & contraria partium voluntas.

Cap.

Cap. XXIII.
De Emphyteusi.

1. Emphyteusis Erbbeſtändnüß est Contractus, quo prædium perpetuò fruendum datur, ſub lege meliorationis & certo canone annuo. §. 3. I. *d. loc. cond. l. 1. ſeqq. C. d. 7. B.*

2. Eſtque civilis vel eccleſiaſtica, hereditaria vel ex pacto & providentia.

3. Acquiritur conſenſu, traditione & patientia: ſed & præſcriptione. *l. 20. C. d. agric. & cenſit. l. fin. C. d. fund. patrim.*

4. Materia res immobiles & ſteriles. l. 1. *C. d. jur. emphyt.* aliquando grex ovium, quæ oves dicuntur ferreæ Eyſerne Schaaff.

5. Forma quòd plerunque in ſcriptis, durch Erbzinß-Brieff fiat. l. 1. 2. *C. ht.* præſertim eccleſiaſtica. *auth. hoc jus C. d. SS. Eccleſ.*

6. Fi-

6. Finis ut agri inculti & steriles per culturam meliorentur. Effectus quòd ad emphyteutam omnis fructus, sed & omne onus atque damnum pertineat, particulare scilicet; nam interitus rei spectat ad dominium. L.1.*C.ht.* *Ad* effectum quoque spectat mutua inter dominum & emphyteutam obligatio, & actio, quæ ex hoc contractu datur; quâ emphyteuta petit, ut res tradatur & usus præstetur: dominus autem ut canon solvatur, sive pensio: neque ea remittitur ob sterilitatem vel incursionem hostilem, *a.g. d.l.1.* nisi quis re planè uti non potuerit. *Geil.2. O. 23. Carpz.1. resp. 91.*

7. Affinia, jus socidæ. L.8.C.*d. pact.* feudum, jus superficiei Grund-oder Platzrecht.*l.2.ff.d.superfic.*

8. Contraria, modi quibus finitur sc. consolidatione, quæ fit morte, & renunciatione seu cessione emphyteutæ: deinde deterioratione, *anth. qui re m.* C.*d.SS.Eccles.*interitu rei. *l.1.C.ht* canone intra certum tempus non soluto,

to, *l. 2. C. kt. Nov. 7. c. 3.* alienatione, quæ fit domino ignorante, *l. f. C. eod.* præscriptione libertatis, *L. 7. C. d. præſc. 30. ann.* Carpz. 2. C. 13. def. 16.

Cap. XIV.

De Laudemiis.

Emphyteusi alienatâ, ſolvendum eſt domino Laudemium.

1. Laudemium eſt oblatio quinquagesimæ partis pretii, quæ factâ emphyteuſeos alienatione pro approbatione novi emphyteutæ, & inſtrumenti ſubſcriptione, domino directo perſolvitur, vulgò Handlohn/Lehenwahr.

2. Eſtque legale vel conſuetudinarium, & hoc majus vel minus, groß und klein Lehenwahr/ *vid. Frantzk. in tr. d. Laudem.*

3. Solvit illud novus emptor ſeu emphyteuta, *d. l. fin. C. d. jur emphyt.* ſc. qui in priori inveſtitura comprehenſus non eſt.

4. Et quidem domino directo, qui retenta proprietate utile rei suæ dominium alteri concedit.

5. Facienda est solutio statim postquam dominus consensum adhibuit, alicubi intra annum & diem fit.

6. Debetur pro prædiis emphyteuticis alienatis, & de rebus quæ solo cohærent, & de ædificiis solo superimpositis.

7. Et debetur ex alienatione, per quam rerum dominium ttansfertur, quocunque hoc fiat titulo, lucrativo vel oneroso.

8. Talis est venditio *l. 67. d. V. S.* permutatio, *l. 2. C. d. rer. permut.* in solutum datio, *l. 1. C. d. fund. dot.* locatio ad longum tempus, i. est. decennium vel ultra, *l. f. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.* donatio, legatum.

9. Finis & effectus novi emphyteutæ approbatio, novæque possessionis confirmatio.

10. Contraria præscriptio longissimi temporis 30. vel 40. annorum.

CAP.

Cap. XXV.
De Societate.

1. Societas est contractus de re utrinque communicanda, ad uberiorem quæstum & commodiorem usum.

2. Estque generalis vel specialis, *pr.* I. *ht. l.* 75. 8. *eod.* conventionalis vel incidens. Vultej. 1. *39.*

3. Causa efficiens consensus expressus vel tacitus. *l. 19. l. 31. 37. l. 44. ht.*

4. Materia, res & operæ honestæ omnes, quæ sunt in commercio. *l. 5. l. 63. §. 2. ht. non, turpes. l. 53. 57. eod.*

5. Forma quòd vel purè fiat, vel sub conditione, ad tempus vel in perpetuum, *l. 2. ht.* partibus expressis vel non & æqualibus vel inæqualibus. §. *1. 2.* I. *ht. l. 29. eod.*

6. Finis ut lucrum & damnum sit commune. Effectus actio utrinque directa, *d. l. 29. ht.* quâ petitur confectio inventarii, restitutio damni vel expen

expensarum, *l.38.§.1. eod.* & communicatio lucri, sc. pro ratione sortis & operæ illatæ. *H.Pistor.3.q.11.*

7. Contraria, dolus, *l.3.inf. ht.* inæqualitas nimia *l.29.§.f.eod.* turpitudo, *l.53. eod.* Solvitur societas renunciatione, §.4. morte. §.5. finito negotio, §.6. bonorum cessione, §.8.*I.ht.*

Cap. XXVI.
De Mandato.

1. Mandatum est contractus de re aliqva gratis expedienda, §.11.& *fin.*I.*ht.l.1.eod.*

2. Estque generale vel speciale. 2. expressum vel tacitum. 3. cum vel sine libera. 4. ad negocia vel lites. *Vultej. 1.c.39.*

3. Causa efficiens, consensus vel voluntas, quæ ab amicitia vel fide proficiscitur. *l. 6.§ 8.ht.*

4. Materia, res omnes honestæ & licitæ, non turpes, *l. 6.* §.2. l. 12. §.7. *l. 22. §. 6. ht.* & tam mandans quàm man-

mandatarius ad pœnam tenentur, impleto mandato. *l.5.C.d,acc. l.25. ff.ad L. Corn.d.sicar.l.11.§.5.d.injur.l.169.d.R. J. Clar.5.sent.§.fin.q.89.*

5. Forma quòd vel purè, vel in diem vel sub conditione fiat, *l.1.ht.* & fines ejus diligenter sint custodiendi. *l.5.eod.*

6. Finis ut quibus rebus ipsi interesse non possumus, fides amicorum interveniat. Effectus ut alter alteri statim obligetur, & mandatarius quidem, ut mandatum bonâ fide perficiat, l.5.l.10. *pr.ht.* & si quid inde sit consecutus, præstet. *d.l.*10. § 8. mandator, ut indemnitatem præstet, id est expensas & damna restituat. *l. 14. 15. l.26. §.7. l.56. §. f.ht.*

7. Contraria modi quibus solvitur: veluti voluntate, *l.12.§.pen.l.36.§.1.ht.* morte, si res sit integra. *§.*10.I.*ht.l.15.*C. *eod.* renunciatione tempestivè factâ. §.*11.*I.*ht.*

Cap.

CAP. XXVII.
De Contractibus innominatis & qvasi.

Tantum de Contractibus nominatis, videamus innominatos.

1. CONtractus innominati sunt, qvi nullum certum nomen, negocium tamen civile habent. *l. 1. l. 3. l. 5. §. 2. d. P. V. l. 1. d. æst. act.* Eorum species sunt: contractus æstimatorius, do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias.

2. Contractus æstimatorius est, quo alicui res æstimata certo precio vendenda datur, ut is qui accepit, aut rem aut æstimationem restituat, *vid. Carpz. 1. resp. 106.*

3. Datur ex hoc contractu actio præscriptis verbis, quæ in specie æstimatoria dicitur, *l. 1. d. æst. act.* & competit ei qui rem æstimatam vendendam dedit, contra eum qui accepit, ut res incorrupta reddatur, vel ejus æstimatio.

8. Propricidii ſeu αὐτοχειρίας pœna, ut ſi quis ex conſcientia ſceleris ſibi mortem conſciverit, ejus bona confiſcentur, ipſeque extractus à carnifice in loco inhoneſto ſepeliatur P. H. O. *art. 131.* ſecus ſi ex melancholia. *l. 1. 2. C. d. bon. eor qui mort. ſibi conſciv.*

Cap. VIII.
De Defenſione neceſſaria.

Commodè hic tractari poteſt materia neceſſaria defenſionis.

1. DEfenſio eſt inſtantis periculi inculpata propulſatio. *L. 3. C. und. vi. l. 45. § f. ff. ad* L. *Aquil. c. 2. c. 3. in f. x. d. homicid.*

2. Eſt

2. Estque publica, vel privata, de qua hic. *l.1.2.* C. *quand. lic. unic. sin. jud. se vind.*

3. Causa efficiens, jus naturale, hoc est recta hominis ratione conformatum. *c. 3. dist. 1. l. 1. §. 16. ff. d. vi. arm. l. 1. §. 3. ff. si. quadrup. paup.* προκαταρκτικὴ imminens periculum, *d. l. 1. §. 16. c. 2. d. homicid.* terror armorum, non minarum, nisi alia vis præparamenta accedant.

4. Materia circa quam, à parte aggressoris est offensio, & opposita à parte propugnatoris defensio personæ suæ imò & rerum ac bonorum. *d. l. 1. 2.* C. *quand. lic. un sin. jud.* & æstimationis. *l. 14. ff. d. bon libert. l. 25. §. 1. d. precur. Obrecht. in tr. d. necess. defens. c.* 8.

5. Forma & modo ut fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, Idq; in tribus consistit, causa modo & tempore. Causa debet esse justa, sc. 1, insultatio. 2. & talis, per quam insultato mortis periculum imminet. 3. quod insultatus aliter quàm insultantem occidendo evadere non possit, *d. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 21. l. 3.* C.

ad. L. Corn. d. sicar. P.H.O. art. 140, MOdus in eo est, ut inter defensionem & offensionem sit justa proportio & paritas, Deniq; ut defensio fiat in continenti zu frischer That/non ex intervallo P.H.O. art. 142. Geil. d. O. n. 11. 12.

6. Probanda a. defensio & vel testibus, etiam alias inidoneis, deinde præsumptionibus & conjecturis. P.H.O. art. 141 seqq. Geil. i. d. P.P. c. 16. n. 22.

7. Finis est non ultio sed defensio quæ tamen ultionem respectu offendentis secum trahit. Effectus qvòd defensor in nullo peccet, L. 3. C. ad. L. Corn. d. sicar. sed innocens sit & extra pœnam d. c. 2. d. hom. d. l. 3. Clem. 1. eod. P.H.O. art. 139.

8. Affinis st apprehensio nocentis, l. 4. l. 3. ff. d. L. Aquil. pœna justa. l. 3. C. d. Ep. aud. Contraria offensio, injustitia, dolus malus.

CAP. IX.
De Adulterio.

1. Ad. l-

1. ADulterium est thori legitimi, sui vel alieni violatio. *l.6.l.34. ht.c.15.cau.32.q.5.*

2. Estqve simplex, vel duplex, Oberhurerey inter utrinque conjugatos. *c.4. cau.32.q.4.*

3. Committit illud uxor indistinctè, sive rem habeat cum soluto sive conjugato. *l.13.ht.l.101.d. V.S.* maritus quoque, sive rem habeat cum conjugata, *l.22.l.29.C.ht.* sive soluta. *Clar.5.sent.§. Adulterium n.2*, an in sponsa? aff. per *L.13.§.3.ht.l.7.C.eod.* Sed & is adulterii tenetur, qui lenocinium facit, domumque suam stupris præbet. *l.8.ht.* *N.130. c.10.* C.*C.art.123.*

4. Forma probandi etiam per præsumptiones, eæ si sint urgētissimæ, *l.34. C.ht.* veluti si ambo in eodem lecto nudi sint reprehensi. *c.12.x.d.præsumpt.*

5. Pœna adulterii capitalis, *§.4.l.d. pub.jud.l.30.*C.*ht.*C.*C.art.120.Deut.22. v.22.Ezech.18.v.11.13.* etiā quoad fœminas, idque juri divino conforme est. *Bodin.1.d. Repub.3.* quæ tamen pœna

Capi-

2. Ad ea pertinet (1) sollicitatio alienarum nuptiarum, vel pudicitiæ alterius. l.1.*pr.ff.ht.* (2.) abactio partus l.4 *eod.*sc.inanimati seu non vitalis, nam partum animatum aut vitalem abigens ultimo supplicio afficitur. P. H. O. *art.* 133. (3) infantis expositio. L.2.*C. d. inf. expos. C.C. art. 132.* (4) poculi amatorii suggestio l.38.§ 5.*d. pœn.* Besold. *th. pr. verb.* Lieb-Tränckleín.

3. Porrò (5) abigeatus, Vieh-Diebstal/ *l.1.l.f. d. abg.* sed hodie abigeos ut fures puniri mos est. (6) dardanariatus, quem committunt ii qui annonam vexant, supprimunt, flagellant, quorum pæna arbitraria. l. 6. ht. R. A. 1577. t. die *Monopolia.* (7) saccularíatus, cujus rei, qui vetitas in sacculo artes exercent, die mit der Taschen spielen/Spitzbuben. (8) Stellionatus seu cujuscunque doli aut fraudis commissio. *l.3.l.4.ff.stellion.*

4. Huc referri potest (9) improba mendicitas. L. *un.* C. *d. valid. mendic.*

P.O.

P. O. 1577 - t. 17, ludus vetitus, *t. t. d. aleat.* ebriositas. *d. Ord. pol. t. 8.*

5. Denique species criminum extraordinariorum sunt, receptatio maleficorum, l. *1. d. recept.* effractura carceris. l. 1. 2. *d. effract.* termini motio, *t. t. d. term. mot.* illicita conventicula. *l. 1. pr. l. 3. d. colleg. & corp.* concussio seu baratteria. l. 1. l. 2. *d. concuss.* quorum omnium pœna arbitraria.

De quasi delictis.

1. Qvasi delicta sunt, quæ consistunt in aliqva culpa, hoc est quæ ex facto aliorum, quibus utimur, imputantur. § *fin. I. d. oblig quæ ex q. del. nasc. l. f.* § . *4. naut. caup. stabul.*

2. Ejusmodi est (1) damnum aut furtum in navi, caupone vel stabulo commissum, quod imputatur exercitori, *d.* § . *f. & dt.*

3. (2) Dejectio, vel effusio ex cœnaculo, si quid ex ædibus dejectum effusumve est, quod nocuit prætereunti. § . *1. I. dt. t. t. ff. d. his qui deject. vel effud.*

(3.) positio vel suspensio rei alicujus ex ædibus, quæ cadens nocet. *d.* §. *1.* Fœna ejus hodie arbitraria.

4. Denique imperitia malè judicantis. *pr. l. dt.* sed hodie in judicem datur actio ex syndicatu. *vid. Paris de Puteo tr. sing.*

Cap. VI.

De Crimine læsæ Majestatis.

Hactenus de delictis privatis, sequuntur publica: qualia sunt crimen læsæ Majestatis, homicidium, adulterium, crimen falsi, vis publica, aliaq́; de quibus ordine dicendum.

1. Crimen læsæ majestatis est, qvod à subdito in Principem vel Remp. committitur.

2. Estque in specie, vel perduellio: & verum vel qvasi. *Vultej. 1. 47.*

3. Committitur tantùm à subditis, non à vasallis. *Clem. 2. d. sent. & re jud.*

4. Et

4. Et quiddm in solum Principem ejusque securitatem, non contra inferiores *Dd. in* L. 5. C. *ht.* an & contra Consiliarios: *aff. per d.* L. 5.

5. Forma quòd committatur re ipsa vel facto atroci, *l. 1. seqq. ht.* non etiam verbis. *l. 7. §. 3. eod.* L. *un. C. si quis Imp. maled.*

6. Pœna perduellionis est gladii cum confiscatione bonorum, etiam extantibus liberis, quin & ii fiunt infames carentque testamenti factione. *d.* L. 5. P.H.O. *art. 218. A. B. t. 24*, quod tamen qvoad liberos videtur injustum. *Si* securitas inferiorum violatur, non capitali, sed arbitrariæ pœnæ locus est.

7. Contraria, præscriptio vicennii *l. 12. c. ad L. Corn. d. fals.* Affinia rebellio, seditio, conspiratio.

8. Ad majestatis crimen etiam tanquam affinia referri possunt delicta immediatè in Deum ejusque altissimam majestatem commissa, uti sunt blasphemiæ. *Nov. 77. c. 1.* R. A. 1577. *t.* von Gotteslästern. pactum expressum

vel tacitum cum dæmone, P.H.O. *art.* *149.* (*arpz. p. 1. prax. crim.* q. 49. magiæ incantationes. Zauberey/ Hexerey/ c. 2. *d. sortileg.* P.H.O. *art. 109.* perjurium. *l. 2. C. d. reb. cred.* P.H.O. *art. 107.* hæresis, apostasia, schisma.

Cap. VII.

De Homicidio.

1. Homicidium est cædes hominis contra jus facta.

2. Estque voluntarium vel involuntarium & casuale. 2. in specie vel parricidium. 3. verum vel quasi.

3. Homicidii rei sunt, qui dolosè interficiunt, qui mortis causam præbent, l. 4. *ff. ad* L. *corn. d. sicar.* qui cœdem mandant. *l. 15. eod.* qui assassinos conducunt. *Besold in th. pr. verb.* Mäuchelmord/ qui fœtum animatum enecant. L. 8. C. *de. c. 8. cau. 32. q. 2. c. 5. e. 20. x. h. t.* P.H.O. *art. 133.* qui infantes exponunt in locum solitarium, ut inediâ consu-

consumantur. L. 2. *C. d. infant. expos.* P. H. O. *art. 131. Coler. decis. 158.*

4. Tenentur quoque homicidii minores. L. 1. C. *si adv. delict. l. 37. §. 1. d. minor.* P. H. O. *art. 164.* rixosi & ebriosi. *Dd. in l. 6. §. 7. d. re milit. Geil. 2. O. 110. n. 27. 29.* non autem iracundiâ lacessiti. *Id. d. O. n. 35.* non infantes & furiosi. L. 12. *ff. ad* L. *Corn. d. sicar. & arg. l. 13. ff. d. off. Praes. Id. n. 31.* non dormientes & noctambulones, die Schlaffgänger. *Clem. un. ht. Id. d O. n. 30*

5. Forma ut dolo fiat & eventus sequatur, *l. 16. §. 8. ff. d. pœn.* neque enim conatus pro eventu punitur. P. H. O. *art. 178.*

6. Pœna homicidii dolosi est gladii, *l. 3. §. f. ht. § 5. l. d. pub. jud.* quæ interdum exasperatur, uti in latrocinio & assassinio rotâ. P. H. O. *art. 137.* In homicidio necessario excedens moderamen inculpatæ tutelæ, punitur saltem de excessu. *Berlich. 4. concl. 12.* Homicidium casuale extra pœnam est. *Clem. 1. ht. Clar. 5. sent. §.* Homicidium. *Geil. d. O. n. 33.*

7. Parricidii pœna est, ut quis culeo insutus cum simia (hodie fele) cane, gallo & vipera (alicubi etiam sine iis) in mare vel flumen projiciatur. §. 6. I. *dt.* L. *un.* C. *ad.* L. *Pompej. d. parricid. Coler. decis. 157.*

8. Propricidii seu αὐτοχειρίας pœna, ut si quis ex conscientia sceleris sibi mortem consciverit, ejus bona confiscentur, ipseque extractus à carnifice in loco inhonesto sepeliatur P. H. O. *art. 131.* secus si ex melancholia. *l. 1. 2. C. d. bon. eor qui mort. sibi consciv.*

Cap. VIII.
De Defensione necessaria.

Commodè hic tractari potest materia necessaria defensionis.

1. Defensio est instantis periculi inculpata propulsatio. *L. 3. C. und. vi. l. 45. § f. ff. ad* L. *Aquil. c. 2. c. 3. in f. x. d. homicid.*

2. Est

2. Eſtque publica, vel privata, de qua hic. *l.* 1. 2. C. *quand. lic. unic. ſin. jud. ſe vind.*

3. Cauſa efficiens, jus naturale, hoc eſt recta hominis ratione conformatum, *c. 3. diſt. 1. l.* 1. §. *16. ff. d. vi. arm. l. 1.* §. *3. ff. ſi. quadrup. paup.* προκαταρκτικὴ imminens periculum, *d. l. 1.* §. *16. c. 2. d. homicid.* terror armorum, non minarum, niſi alia vis præparamenta accedant.

4. Materia circa quam, à parte aggreſſoris eſt offenſio, & oppoſita à parte propugnatoris defenſio perſonæ ſuæ imò & rerum ac bonorum. *d. l. 1. 2. C. quand. lic. un ſin. jud.* & æſtimationis. *l. 14. ff. d. bon libert. l. 25.* §. *1. d. procur. Obrecht. in tr. d. neceſſ. defenſ. c.* 8.

5. Forma & modꝰ ut fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, Idq; in tribus conſiſtit. cauſa modo & tempore. Cauſa debet eſſe juſta, ſc. 1, inſultatio. 2. & talis, per quam inſultato mortis periculum imminet. 3. quod inſultatus aliter quàm inſultantem occidendo evadere non poſſit, *d. l. 45.* §. *4. ad L. Aquil. l. 21. l. 3. C.*

1. ADulterium est thori legitimi, sui vel alieni violatio. *l.6.l.34. ht.c.15.cau.32.q.5.*

2. Estqve simplex, vel duplex, Oberhurerey inter utrinque conjugatos. *c.4. cau.32.q.4.*

3. Committit illud uxor indistinctè, sive rem habeat cum soluto sive conjugato. *l.13.ht.l.101.d. V.S.* maritus quoque, sive rem habeat cum conjugata, *l.22.l.29.C.ht.* sive soluta. *Clar.5.sent.§. Adulterium n.2,* an in sponsa? aff. per *L.13.§.3.ht.l.7.C.eod.* Sed & is adulterii tenetur, qui lenocinium facit, domumque suam stupris præbet. *l.8. ht. N.130. c.10.* C.*C.art.*123.

4. Forma probandi etiam per præsumptiones, eæ si sint urgêtissimæ, *l.34. C.ht.* veluti si ambo in eodem lecto nudi sint reprehensi. *c.12.x.d.præsumpt.*

5. Pœna adulterii capitalis, *§.4.l.d. pub.jud.l.30.*C.*ht.C.C.art.120.Deut.22. v.22.Ezech.18.v.11,13.* etiã quoad fœminas, idque juri divino conforme est. *Bodin.1.d. Repub.3.* quæ tamen pœna Capi-

ta infanti præſtet, aut in uxorem ducat. *Jo. à. Sande l.2.t.1. d.* 10. Stupri violenti pœna eſt capitalis. C. *C.art.119.*

4. Affinis eſt raptus, inceſtus, Sodomia.

5. Raptus eſt perſonæ abductio libidinis causâ facta. *l.* 3.*§.4.l.5.§.2.ad L. Jul.d.vi pub.*

6. Pœna ejus capitalis, §.*8.l.d.pub. jud. L.un.C.d.rapt.virg.* etiamſi rapta conſentiat, aut matrimonii causâ quis eam rapuerit *Clar. 5. ſent.* §. *Raptus. n.3.4.*

7. Stuprum qvod fit â ſanguine junctis dicitur inceſtus ein Blutſchand/& propriè committitur inter aſcendentes, & deſcendentes in infinitum, in linea collaterali inter fratres & ſorores. *Clar.* §. *Inceſtus.n.3.4. Carpz.in pr.crim.part.2. q.72.73.74.*

8. Pœna ejus capitalis. C. C.*art.*107. *Damhoud.in prax.crim.c.94.*

9. Sodomia eſt luxuria contra naturam, marium cum maſculis, fœminarum cum fœminis, & congreſſus cum beſtiis. *Rom.2.* 10. Pœ-

10. Pœna ignis vel gladius. *C. C. art. 116. Exod. 23. v. 19. Clar. §. Sodomia n. 12.*

11. Affine crimen Sodomiæ perpetrant maſtrupratores, tribades & ſimiles, in quos eſt pœna arbitraria. *Carpz. 2. q. 76.*

12. Punitur etiam arbitrariè fornicatio. *Id. 2. q. 80.* concubinatus. *Id. 2. q. 70 n. 38. 41.* lenocinium. *Id. 2. q. 71.*

CAP. XI.

De Falſo.

1. FAlſum eſt veritatis doloſa immutatio.

2. Committitur dictis, ſcriptis vel facto.

3. Dictis, ut ſi quis dicat falſum teſtimonium, vel nomen aut genꝰ falſum fingat, vel pro Nobili ſe gerat, cùm non ſit. *L. un. C. d. mut. nom.*

4. Scripturâ, ut ſi quis falſa inſtrumenta vel teſtamenta ſcribat, ſignet. *l. 4. 5. 17. 18. ht. l. pen. l. 21. C. eod. Clar. 5. ſent. §. Falſum verſ. Notarius.*

5. Fa-

5. Facto, si quis scripturam in fraudem alterius delet, mutat, corrumpit, l. 1. ht. scripturas alienas falsò imitatur, *l. 23. eod.* falsis utitur instrumentis, *l. 3. eod.* signa adulterina sculpit, *l. 30. pr. eod.* literas alienas aperit. *Clar. in d.* §. qui falsas literas nomine magistratus reddit; *l. 25. ht.* ut hodie validi mendicantes facere solent. *L. un. C. d. val mend.* qui nummos aureos adulterant, fingunt, radunt, *l. 8. eod.* vel corrumpunt stanneosve expendunt, inaurant, argentant. *t. t. C. d. fals. monet.* qui mensuras vini vel frumenti publicè probatas corrumpit, *l. pen. §. 1. ht.* qui falsis ponderibus utitur. *l. 52. d. furt. Deut. 25. v. 2.* denique qui falsos testes subornat & corrumpit. *Clar. in d.* §. *n.* 13.

6. Pœna olim varia §. *7. I. d. quib. jud. l. 1. §. f. eod.* hodie arbitraria, & pro circumstantiis delicta variat, ut ad mortem extendi possit. *l. 22. C. eod* P. H. O. *art. 12. Carpz. 2. q. 93.* Monetæ corruptæ pœna ob læsam majestatem, ignis est. *L. 2. C. d. fals. mon.* Id. 2. q. 42. & *seqq.*

CAP.

Cap. XII.
De Vi.

1. VIs est delictum, quo violentia adhibetur rebus vel personis.

2. Estq; publica vel privata, illa cum armis, hæc sine iis fit. §. *8.* l. *d. pub. jud.* deinde vera vel quasi.

3. De vi publica tenetur, qui arma cogit. *l. 1.* C. *bt.* qui turbæ seditionis vel causâ hominem in armis habet, vel cum telo est in publico, *d. l. 3. pr.* §. 1. *eo.* & domos expugnat. *l. pen. pr. ht.* qui incendium facit. *l 5. pr. eod.* vel ex incendio rapit. *l. 3 §. 3. eod.* adde & qui nova exercet vectigalia, *l fin. ht.* aut vetera auget. L. *2. vectig. nov. instit. non poss.*

4. Pœna hodie arbitraria, ultimi etiam supplicii. *l. pen. pr. ht. l. 6. C. eod.*

5. Affine crimen fractæ pacis, Landsfriedbruch / *O. C. p. 2. t. 9. Geil. 1. O. 2.* & diffidatio Befehdung.

6. Vis privata punitur arbitrariè *Clar.* §. *fin q. 83. Carpz. 1. q. 40.*

7. Ad

7, Ad quasi vim pertinet plagium, concussio, carcer privatus.

8. Plagium est surreptio, occultatio, detentio vel suppressio hominis liberi. Pœna ejus capitalis. *Deut. 24. v. 2. l. 7. l. f. C. ad L. Fab. d. plag. Carpz. 2. q. 83. n. 89*

9. Concussio est extorsio pecuniæ vel alterius rei, metu potestatis facta; dicitur etiam baratteria.

10. Carceres privati omninò illiciti. *l. un. C. d. priv. carc. inhib.*

De variis criminibus publicis.

1. SUnt & alia repetundarum, peculatus, residuorum, ambitus annonæ crimina.

2. Repetundarum tenentur, qui in magistratu vel officio publico pecuniam iniquè capit. *§. 11. I. d. pub. jud. l. 4. l. 7. pr, ad L. Jul. repet.* non is qui propter amicitiam, xenia vel esculenta accipit. *l: 18. ff. d. off. Præs. Myns. 2. O. 75.*

3. Pœna est arbitraria *Clar. §. fin. q. 73. Carpz. 2. q. 93. n. 52. seqq.*

4. Pe-

4. Peculatus est furtum pecuniæ publicæ vel alterius rei, vulgò Diebstal des gemeinen Seckels. *l.4.i.f.ff.ad* L. *jul. pecul.* Pœna hodie capitalis vel suspendii. P.H.O. *art.171.*

5. Affine sacrilegium, quod est furtum rei Deo consecratæ, sive in loco sacro vel profano scienter factum. Idqve capitale, C.C. *art.172.seqq.Carpz.2.q.89.*

6. Residuum est pecuniæ sibi commissæ abusus. Pœna est extraordinaria *l.4.§1.ff.adL.Jul.pecul.l.fin.C.d.frum. urb.Constant.*l.*11.*

7. Ambitus est illicita ad honores & officia per largitionem obreptio. *Nov. 8. c. 8.* Pœna itidem arbitraria. L. *un.* C.*d.ambit.*

8. Affinis Simonia, quæ est nundinatio præbendarum & munerum ecclesiasticorum. *t.t.x.d.simon.* pœna arbitraria, interdum anathema. *c.1.eod.*

9. Flagellatio annonæ est, siquis annonam cariorem facit vel corrumpit. *l.2.ff.ad.*L.*Jul.d.annon.l.*1.C.*d.can. frum.* pœna extraordinaria pro perſona-

sonarum & delicti qualitate. *l.1.* §. 1.*l.3.* *ff.dt.Damhoud.in pract.crim.c.134.*

10. Huc pertinent *M*onopolia, Fürkauff/ quæ illicita. L.*un.* C.*d.monopol.* R.A.*1548.1577.t.eod.*

Cap. XIII.

De Accusationibus.

Hactenus de criminibus publicis, restat de processu quoq; dispicere.

Crimen defertur in judicium 1. accusatione. 2. denunciatione 3. inquisitione.

1. Accusatio est maleficii alicujus apud judicem delatio, ad vindictam publicam solenniter facta, *l. 3.ht.*

2. Causa efficiens, ii quibus accusandi jus est, contra eos quos accusare licet.

3. Accusare possunt omnes qui non prohibentur, vel generaliter, uti mulier, pupillus, miles, magistratus, infamis.

mis.l.18.*ht.* vel ſpeciatim, uti liberi
rentes. L.5. *C.ad L. Corn. de falſ.* lib
patronos.*l.fin.C.eod.* laici clericos,
x.d.teſt. conſangvineus conſangvine
l.15,*C.ht.*

4. Accuſari poſſunt rei cujuscu
ſexus vel ætatis, ſi doli ſint capac
l.3.7.*ff.d.min.* ut puberes & puber
proximi. l.115, d. R.I. non Legati
magiſtratus. l. 12.*pr.ht.* nec abſen
l.6.C.*eod.* ſecus hodie ex conſvetudi
Clar.§.fin.q.44.n.3. non mortui, niſ
crimine læſæ majeſtatis. *L. fin. C. ad*
Jul. Maj.

5. Materia circa quam, delicta
blica.

6. Forma ut fiat oblato libello, c
crimen cum omnibus circumſtan
perſonæ, loci, temporis continet
l.1.pr. & §.1.2 3.*ff.ht.* inſcriptionis
ceſſitas hodiè ceſſat: præſtanda tam
ab accuſatore cautio de proſequen
lite & reſarcienda injuria. *l.3. C.d,*
qui accuſ.l.1.C.d.exhib.reis. Sicq; re
captus cuſtodiæ traditur, vel fidej
ſo

foribus committitur. *l.1. d. custod.reor.* Institua a. accusatione causa eodem modo agitur per litis contestationem, exceptiones, probationes, quo in civilibus agitari solet. *d.l.1.cum simil.b. vid. Damhoud.pract.crim.c. 13.30.*

7. Contra absentem ita procedi solet, ut reus publicè affixis, vel ad magistratum domicilii emissis literis, intra annum ad comparendum citetur, annotantis interim ejus bonis, quæ si contumax emaneat, confiscatur. *l.1. 2.l. fin.C.d.exhib.reis.*

8. Finis & effectus, ut delicta puniantur, quod reip. interest.

9. Contraria, modi quibus extingvitur, uti sunt abolitio. *t. t. C. d. abolit.* indulgentia Principis & aggratiatio, Begnadigung / denique præscriptio 20. annorum. l. *querela. C. de fals.*

Cap. XIV.

De Torturis seu quæstionibus.

Veritatem commissi criminis sæpè per tormenta exquirere judex cogitur.

1. TOrtura est remedium, ad eliciendam à reis veritatem adhibitum.

2. Estque levis, levissima; vel gravis, gravissima.

3. Causa efficiens mos antiquus populorum. Requisita προκατακριτικὴ (1.) ut sit causa criminalis, eaq; atrox & capitalis. l. 1. l. 8. *ht Damhoud. in pract. crim. c. 35. n. 4.* (2) ut aliæ probationes desint. *d. l. 8.* (3) ut sufficientia concurrant indicia, quibus reus penè convictus sit. *d. l. 1. l. 18. §. 1. l. 20. l. fin ht. l. 3. l. 8.* C. *eod. Damhoud. c. 36.*

4. Materia ii qui torqveri possunt: & quidem hodie tam servi, quàm liberi. Non tamen innocentes, *l. pen. C. ht.*

ht. non impuberes & senes *l. 10. l. 15. eod.* fœminæ prægnantes. l. 3. *d. pœn.* milites & Nobiles. l.6 § 1. *d. re milit.* Senatores eorumque liberi. l. 8. l. 11. l.16. C. *ht.* item Doctores & Advocati, quod tamen usu non servatur, cum reatus omnem dignitatem excludat. L. 1. C. *ubi Sen. vel clariss. vid. Damhoud. c. 41.*

5. Forma ne à tormentis incipiatur, *l. 1. pr. l. 18. C. ht.* sed prius indicia reo communicentur, audianturq; ejus defensiones, an illa refutare possit. De se autem interrogandi malefici, non in caput aliorum. l. 1. l. 16. *ht. Damhoud. c. 37. n. 10. 12.* Sæpè tamen fures ac latrones, itemque sagæ de complicibus sociisque interrogari solent. Tormenta variis instrumentis atque modis exercentur, hoc tamen moderamine fiat, ut persona sit salva. *l. 7. ht. Id. d. c. 37. n. 15. seqq.*

6. Finis ut veritas exprimatur. Effectus quòd si in confessione tormentis exorta reus in judicio perseveret,

exinde condemnetur. *l.2. C. d. custod. reor.* si neget, iterum torqueatur si nova adsint indicia, aliàs absolvendus sit, *Damhoud.c.38.39.40.*

Cap. XV.

De Pœnis.

Post confessionem debiti spontaneam vel extortam, sequitur, ut nocentes pœnis subjiciantur.

1. POena est delictorum coërcitio.

2. Estque ordinaria vel extraordinaria: civilis vel criminalis, capitalis vel non capitalis, *Vultej.1.54.*

3. Causa efficiens lex, vel magistratus, penes quem est jus gladii & merum imperium.

4. Materia in qua, ii qui delinquêre per facta, dicta, scripta, consilia, *l.19.pr. ff.ht.*

5. Forma in pœnarum generibus & modo consistit. Modus ex circumstantiis dependet, causa, persona, loco. tem-

tempore, qualitate, quantitate, eventu. d.l.16.

6. Finis ut delicta puniantur & alii exemplo deterreantur. l. 28. §. *pen ht.* Effectus quòd pœna tollit omnem reatum.

7. Contraria per quæ pœna tollitur, sunt mors damnati, *t. t.* C. *si reus vel accus. mort.* abolitio, indulgentia. restitutio & aggratiatio, item præscritio. l.12. C.*d.fals.*

8. Causæ pœnam mitigandi sunt diuturnitas temporis. *Tiraq. in tr. d. pœn. temp. caus.* 29. ira. *l.5.* C.*d.injur.l.un.* C *si quis imp.maled.* Id.*d.tr.c 1.* dolor, furor, *l.3.ff.d.off. Præs.l.12.ff.ad* L. *Corn.d.sicar.* ebrietas. *l.6.* §.*pen.ff. de re milit.* ætas l. 37 *ff. de minor.l.108.d.R.J.* etiam senilis. *l. 3.§.7.d.S.Syllan. Id cau.8.* sexus. *Id.cau.* 9.culpa lata *l.7.ff.ad* L. *Corn.d.sicar. Id cau.14.* dolus minor. *cau. 15.* consangvinitas. *l.1.C.d. his qui latron. id cau.* 20. pœnitentia. cau. *28.* spontanea confessio suique indicatio. *l.un.* C.*d his qui se def.* Id *cau.30.* dignitas, nobili-

tas. *cau.*31. paupertas. *cau.*32. necessitas famis. *cau.*33. jussus domini vel superioris. *cau.* 34. 35. metus. 36. eventus non insecutus. *cau.*37. 38. 39. 40. consvetudo. *cau.* 42. multitudo. *cau.*48. merita publica. 49. insigne artificium. *l.32.ht. Id.cau.50.* vita bene acta. 31. officium. 58. & si quæ causæ similes, de quibus latè *Tiraq.in d.tr.*

Cap. XVI.
De Mulctis.

1. Mulcta est pœna pecuniaria ob culpam imposita, vulgò Frevel & Buß.

2. Estque modica, levis vel gravis: deinde lege taxata vel arbitraria.

3. Mulctare possunt hodie omnes magistratus & judices competentes, quoad personas & bona in territorio sita.

4. Causa impulsiva, exorbitatio, dolus, culpa, l. 4. l. 6. C. *d. mod. mulct.* contumacia. L. *un. ff. si quis jus. dic. non obtemp.*

5. Ma-

5. Materia, pecunia. *l.4.C.ht.*& operis publici ædificatio. *l.3. C.eod.* vel alia præstatio.

6. Forma ut imponatur causâ cognitâ, & citata auditaque parte. *l.47 pr. ff.d.re jud.* Modus ut fiat intra definitam à lege quantitatem. *d.l.4.l.6.*C. *ht.* sed hodie magistratus & judices prò qualitate delicti ac personarum mulctare solent.

7. Finis ut inobedientes ad officium cogantur. Effectus quòd non damnum famæ, sed pecuniæ irroget. *l.1.C.ht.*

8. Adjacentia severitas. l. 1. C. *ht.* moderatio.*l fin.*§.1.*eod.* Affines pœnæ pecuniariæ legales vel aliæ. Contraria, defectus culpæ, & præcipitantia in judice imponente.

Cap. XVII.
De Confiscatione.

1. Confiscatio est bonorum per fiscum ademtio, vulgò Einziehung der Güter.

2. Estque totalis vel partialis.

3. Obtinet in criminæ læsæ Majestatis, *L. quisquis. 5. C. ad* L. *Iul. maj. auth. bona damnatorum* C. *d. bon. proscript.* sed & in aliis casibus. *P. Heig. 2. q. 33.*

4. Confiscare possunt magistratus summæ potestatis. *l. 1. 2. C. ne lic. cert. jud. sine juss. Princip. confisc.* sed & inferiores privilegio vel præscriptione.

5. *Materia* bona damnati propria, non aliena, & allodialia, non feudalia; *Geil. 2. d. P. P. 14.* ne dos, legitima, bonis emphyteutica, itemq; alienari prohibita & fideicommisso subjecta. *Besold. cons. 95. & 153.*

6. Forma ut in ea diligens fiat omnium bonorum annotatio seu inventarium.

7. Finis ut fiscus ditescat. Effectus ut is loco heredis sit, & creditoribus satisfaciat.

8. Contraria, restitutio gratiæ vel justitiæ. *l. 1. §. fin. ff. d. quæst. l. f. C. d. sent. pass.*

Cap.

Cap. XVIII.
De Aggratiatione.

Pœnæ quandoq; fit gratia, vel relaxatio,

1. Aggratiatio est indulgentia vel remissio pœnæ, reo ex gratia â Principe summo attributa.

2. Considerantur hic 1. illi qui remittunt, & 2. quibus pœna remittitur.

3. Remittere potest, qui summam habet potestatem de morte, exilio & confiscatione statuendi: scilicet 1. Imp. 2. Electores, Principes, aliique Status Imperii vi superioritatis. *l. 7. C. d. prec. Imp. off.* imò & Civitates liberæ Imperiales, die Freye- und Reichs-Stätt: ita tamen, ne hoc jure abutantur, neve pænam remittant in delictis lege divinâ capitalibus.

4. *Remittitur* pœna iis, qui deliquere & quibus gratiâ delicti concedi potest. Excusat tamen qvosdam ætas, uti infantes, *L. 12. ff. ad L. Corn. d.*

fitar.l.5.§.1.ff.ad L. *Aquil.* vel vitium aliquod naturale, ut furiosos, l.1.§.2.*ff. ad* L. *Pomp.§.8. l.d.inut. stip.* noctambulones Schlaffgänger/qui furiosis & mortuis comparantur. *adde P. Zacch. quaest. Medicoleg. lib.2.t.5.q.12.n.10.*

5. Non a. remitti pœna poteſt ſpontè confitenti. *arg.l.5 ff d custod.reor.l.10 C.d.pœn.* *Carpz pr.crim.p.3.q.149.* nec ſeriò pœnitenti. *l.65.ff.d.furt.l.3. C.d.a-postat.* vel ad petitionem puellæ nupturæ damnato. *Id.*1.*q.49.n.72.* aut ob inſigne artificium *arg.l.32.ff.d.pœn.*

6. Requiſita aggratiationis ſunt 1. ut pœna jure divino nominatim non ſit expreſſa, nec ad Decalogi tuitionem ſancita. *Carpz.p.3 q.15.n.29.ſeqq.* (2) ut juſta ſit cauſa ad clementiam, & ſingulares circumſtantiæ concurrant.

7. Ceſſat itaq; in delictis talibus, uti ſunt blaphemia in Deum commiſſa. 2. ſortilegium. 3. homicidium deliberatum. 4. adulterium, bigamia, inceſtus, Sodomia. 5. latrocinium, rapina, incendium aliaque ejus generis delicta. Admitti-

mittitur a. in crimine maledicentiæ, furti, & simili. *vid. Besold. th. qr. verb.* Begnadigung der Maleficanten.

8. Finis & effectus à pœna liberatio. Affinia dispensatio, restitutio ex gratia vel justitia, mitigatio pœnæ vel in aliam transmutatio. Contraria abusus criminis.



LIB. VII.

De Processu.

Cap. I.

De Jurisdictione.

Absolutis duobus juris objectis restat tertium, quod sunt actiones, quibus experimur in judicio.

Constat omne judicium 1. personis illud constituentibus, 2. causa. 3. processu.

Personæ principales judicii sunt Actor, Reus & Iudex: minus principales sunt Advocati, Procuratores & executores.

In utroq́ Actore sc. & reo requiritur, ut legitimam personam standi in judicio habeat.

In judice requiritur 1. jurisdictio. 2. competentia. 3. habilitas.

Fundamentum itaq́ judiciorum est jurisdictio.

1. IUrisdictio est publica de causis cognoscendi potestas.

2. Propria ejus, esse jus incorporale, individuum, transmissible, perpetuum.

3. Species ejus tres, imperium merum, mixtum & jurisdictio simplex. *l.3. & ibi Bartol. ff. tit.* Hodie jurisdictio est vel civilis, Niedergericht oder Niederbottmässigkeit/ vel criminalis Mal fitz-Obrigkeit/ Blutban/ Peinlich- od' Halsgericht: & illa voluntaria vel contentiosa,

ſa, ordinaria vel delegata ſeu mandata; alia deniq; conſenſu partiũ prorogata.

4. Acquiritur 1. lege. 2. conſuetudine 3. præſcriptione. 4. conceſſione vel privilegio.

5. Materia in qua perſonæ & territoria; materia circa quam, perſonæ & res. l. 1. 2, 4. ht.

6. Forma jurisdictionis exercendæ aut ſolennis eſt in loco editiore & pro tribunali ſedente magiſtratu vel de plano ſtante judice. Probatur jurisdictio 1. actu & exercitio ejusdem. 2. ſignis merum imperium notantibus, erectione patibuli vel furcarum, rotarum. 3. per literas inveſtituræ & privilegia antiqua. 4. per teſtes, qui de actibus exercitæ jurisdictionis teſtantur. 5. præſumtionem, quâ unumquodque præſumitur illius eſſe jurisdictionis, cujus eſt territorii *c. 2. de reſtit. ſpol. n. 6.*

7. Finis ut conſervetur religio, finientur lites & fiat juſtitia. Effectus quòd jurisdictio, producit actionem confeſſoriam & negatoriam, quâ de-

fendatur: quin & hodie pœnâ fractæ pacis tenetur, quin alienam jurisdictionem violat.

8. *Affinia* regalia, *2. F. 56.* & consimilia. Contraria. modi quibus finitur 1. morte ejus cui concessa est, non mandantis. *c. 2. d. off. de leg.* 2. non utendo & præscriptione. 3. revocatio superioris ex justa causa, ubi quis ea abutitur. 4. culpâ & delicto. Jurisdictio delegata finitur morte delegantis & delegati. *c. 20. c. pen. x. d. off. deleg.* deinde revocato mandato, temporeqve commissionis elapso & finito negotio commisso: prorogato finitur pœnitentiâ. *l. 18. ff ht.*

Cap. II.

De Judiciis.

1. Judicium est legitima controversiæ inter litigantes apud judicem disceptatio. *c. forus. x. d. V. S.*

2. Partes ejus præcipuæ tres: principiũ seu litis contestatio: medium, probatio; finis nempe sententia.

3. Est-

3. Estq; competens vel incompetens ordinarium, vel extraordinarium: deinde ecclesiasticum vel seculare, civile vel criminale: illud reale, quod vel petitorium vel possessorium, aut personale: hoc capitale vel non capitale.

4. Causa efficiens, jus gentium vel civile: proxima, magistratus qui judicia constituit, & personæ, quæ illa sustinent, nempe judex, actor & reus: impulsiva generalis, rerum humanarum necessitas, specialis, reorum frustratio.

5. Materia, causæ civiles & criminales: & agitur aut de re pecuniaria, aut de existimatione, aut de crimine capitali. *l. 5. d. var. & extraord. cogn.*

6 Forma in observatione processus consistit. *c. quoniam. 11. x. d. probat. Cum sæpe. d. V. S.*

7. Finis ut lites terminentur, & jus suum cuiq; reddatur. Effectus quod inducit jurisdictionem, *l. 4. 5. d. jurisd.* præventionem; *l. 49. ht.* perpetuat actiones, L. *un. C. ex del. def.* interrumpit præ-

præscriptionem, *l. fin. C. d. præsc. 30. ann.* excludit moræ purgationem & pœnitentiam, constituit possessorem in mala fide, *auth. malæ fidei. C. d. A. P.*

8. Adjacentia, sportulæ, sumptus, *t. t. C. d. sport. & sumpt.* scripturæ, locus tutus, tempus legitimum.

9. Affinia, arbitrium, *l. 1. ff. d. arbit.* transactio, jusjurandum *l. 1. 2. ff. d. jurej.* confessio *l. 1. ff. d. confess.* privata vindicta & defensio. *l. 1. 2. C. quand. lic. unic. fin. jud. se vind.*

10. Contraria, præscriptio instantiæ vel litis, *l. 13. C. ht. l. 3. 4. C. d. præscr. 30. ann.* inæqualitas. *l. 42. d. R. l. 6. 51. eod. in 6.* mors judicis & morbus sonticus. *l. 47. 49. ht.* mors accusatoris *t. t. C. si reus vel accus. mort.* prohibitio superioris, *l. 58. ht.* partium à lite discessus. *l. 4. C. d. pact.* transactio solutio rei petitæ, satisfactio, *§ fin. I. d. perpet & temp. act.* deniq; omnis, quæ processum annulant.

Cap. III.

De Compromissis.

Ius

Judicis similia sunt arbitraria seu compromissa.

1. Compromissum est litigantium in sententiam arbitri mutua stipulatio.

2. Estque voluntarium vel necessarium: speciale, generale; plenum juratum.

3. Propria, esse liberum, *l.7 §.5. l.19. ff. d. arbit.* & simile judiciorum, *l.1. eod.* æquale, *l.21. eod.* stricti juris, extraordinarium: personale, nec in heredes transiens. *l.27. §.1. l.32. §.16. l 45. eod.*

4. Causa efficiens voluntarii, voluntas partium: necessarii lex, statutum, coactio, decretum judicis.

5. Compromittere possunt omnes, qui non prohibentur vel ob dementiam, infirmitatem ætatis, statum, sexum. *l.27. § pen. l.32. §.1. dt.*

6. Compromitti potest in omnes, quibus id non prohibetur. *l.3. §. fin. l.4. eod.* cujuscunque dignitatis aut existimationis, l.7. dt. unum vel plures, numero potiùs impari quàm pari. *l.27. §. 3. eod.*

7. Materia res omnes controversæ, una vel plures, *l. 13. l. 33. ht.* sed de rebus claris, uti transactis, juratis & judicatis frustra compromittitur. *l. 27. ff. d. cond. indeb.* nam qua de re nequit transigi, nec de ea compromitti: uti de alimentis, rebus alienari prohibitis, veluti emphyteusi, feudo, fideicommissis. *auth. res quæ* C. *d. fideic.* nec de causis spiritualibus, *2. 8. x. d. arbit.* ecclesiæ vel Reip. perniciosis, *c. 3. eod.* neque de criminalibus. *l. 8. C. d. Episc. aud.*

8. Forma, ut ex conventione partium, vel ad ordinem judiciorum fiat, l. 1. ht. juxta consuetudinem & statuta cujusque loci.

9. Finis quòd tollendarum litium causâ fiat. *l. 37. eod.* Effectus quòd sententiæ arbitri, maximè si æqua sit, stetur, *l. 27. §. 2. eod. Mynſ. 1. O. 33. Geil. 1. O. 150.* indeq; detur exceptio vel actio, ut quis officio judicis parere cogatur. *c. 2. x. eod*

10. Ad-

10. Adjacentia sumptus ab utraque parte præstandi, salariũ, locus, tempus. Affinia judicia, l. t. ht. & ordinariæ actiones. *l. 32. §. 8. eod.* arbitramenta, *l. 70. ff. pro soc.* transactiones. Contraria ea, quæ compromissa annullant vel dissolvunt.

Cap. IV.

De Foro Competente.

Tantum de judicio in genere, sequens est videre de foro competente, ubi quæque causa sit peragenda.

1. Forum competens est locus exercendarum litium, necessariò à litigantibus adeundus.

2. Estq; commune, vel privilegiatum ratione causæ vel personæ.

3. Causa efficiens, lex, consuetudo, *c. 5. c. 12. x. ht.* partium consensꝰ, judicis præventio *c. pen. eod.* negligentia & justitiæ denegatio. *c. 17. eod. Mynſ. 1. O. 88.*

4. Ma-

4. Materia causæ et jusque jurisdictionis propriæ; ecclesiasticæ, *c.1.2.5.ht* seculares, *c.10.eod.* feudales, *c.6.eod.*

5. Ad formam pertinet, quòd quisque forum sortitur ratione domicilii, contractus, rei sitæ; delicti. *c.fin.x.ht.t.t. C. ubi in rem act.t.t. C.ubi de crimin. agi oport. vid. Carpz. 2. resp. 26.29.30.* & ex continentia causæ. *t. t. in quib. cau. ad eund. jud. eat. P. Frider. tr. sing.*

6. Finis & effectus, ut sua cuiq; constet jurisdictio, & judiciis sua vis atque authoritas.

7. Adjacet stylus & observantia curiæ. Affinis locus arbitri. *l. 21. §. 9. ff. d. arbit.*

8. Contraria, privilegia & præscriptiones fori, *l. 7. ff. qui, satisd. cog.* nisi iis etiam sit renunciatum; exceptio fori incompetentis.

Cap. V.

De Syndicis.

Judiciis inserviunt Syndici, Advocati & Procuratores.

1. Syn-

1. SYndicus est actor universitatis, qui communi mandato causas & lites ejus in judicio persequitur & administrat.

2. Constituuntur *Syndici* vel à lege seu consuetudine, vel ab universitate aut majore ejus parte, aut ab ordine magistratus, vel iis quibus ordo commisit. *l.3.l.6. pr. ff. quod cuj. univ. nom. l.18. ff. ad municip. l.2. C.d. decret. ab ord. fac.*

3. Eligi debent ex corpore decurionum, siqvidem idonei adsint, *l.4.ff. quod. univ. nom.* sin minus, extranei. Idonei a. sunt literati, & causarum rerumque periti. Et plerunque duo, tres vel quatuor constitui solent, quia rectiùs plurium fidei, quàm unius Resp. committitur.

4. Constitui possunt in omnibus causis negociisq; Reip. civilibus, imò & criminalibus, cum mandato tamen speciali; sed & in iis, quas universitas cum superiore veluti Principe, habet.

5. In

5. In constituendo a. Syndico servanda forma antiqua & consuetudo, *l.6.pr.ff.d.t.* eâque deficiente, forma juris; sc. ut omnes qui constituere debent, convocentur in locũ publicum, uno eodemque tempore, per sonitum campanæ, tubæ aut aliud signum, & in suffragia eant, *l.2.C.d.decur.lib.10.l.pen.C.d.legat.lib.10. Specul.d.Synd.n.2.9.16.* atq; electo Syndico, instrumentum ea de re fiat, quò faciliùs Syndicatus possit probari. Instrumentum illud quatuor præcipuè continere debet: quis, ad quid, contra quos, quomodo & quare constituat. I*d. n.21.*

6. Finis, necessitas ac utilitas universitatis, neq; enim conveniri nec agere rectè potest, nisi per Syndicum, qui eam repræsentet. *l.7.§.1.quod cuj.univ.nom.* Effectus, quòd Syndicus litis fiat dominus omniaque agat, quæ universitas agere potest; ut tamen utilitas causæ, sic damnum quoque in universitatem derivatur. *l.fin.eod.*

7. Con-

7. Contrariæ exceptiones, quæ Syndico opponuntur, veluti quòd vitium sit in causa efficrice, vel in forma Syndicatus. *Specul. dt. n. 11.* contrarii quoq; modi, quibus finitur, uti morte Syndici, non constituentium, quia universitas semper vivere intelligitur. *l. 63. ff. d. usufr. l. 7 § f. quod cuj. univ. nom.* deinde revocatione. *l. 6. in fin eod.*

Cap. VI.

De Advocatis.

1. ADvocati sunt, qui litigantium causas tractant, defendunt atq; agunt. *l. 1. §. 11. d. extraord. cognit.*

2. Propria, maxima dignitas, *l. 18. C. ht* nobilitas, L. *19.* C. *eod.* privilegia atque immunitas. *l. 3. 4. 5. 8. 14. 18. 19. 21. eod.*

3. Officium eorum, clientem ejusq; causam tueri, *l. 1. C. d. off. div. jud.* non plures lites suscipere, quàm peragere possint: non eas protelare, non fraudibus se tueri, nisi in bona causa. *Mynf. 3. O. 6.* non probris certare, sed jure & legibus. *l. 6. C. d. postul.* denique omni

dil-

diligentia, studio, fide & industria patrocinari, & litem susceptam ad exitum perducere. *l.13.§.pen. C. d. judic. vid. Caccialup.d.off. Advocat.q.1. Berlich.1. conl.9.*

4. Salarium ex consvetudine æstimari solet, debeturq; iis in fine actionis præstitâ jam operâ. *Mynſ.* 2. *O.7.* & ad heredes transmittitur. *Id.3.O.8.*

5. Forma & modus exercendæ advocaturæ pro causarum varitate variat.

6. Finis ut clientium saluti provideant *l.21. C.ht.* & hinc necessaria vitæ subsidia sibi comparent. *l.4. l.9.* C. *eod.*

7. Adjuncta, industria: affines adjutores, procuratores, Notarii.

8. Contraria diuturna absentia. *l.24.* C.*ht.* mors, finis officii & depositio, vel translatio. *l.2. l.22. eod.* remotio ob pactum de quota litis, l.5. *C. d. postul.* vel alias causas.

Cap.

Cap. VII.

De Procuratoribus.

1. PRocurator est, qui aliena negocia mandato domini administrat. *l.1.ff.ht.*

2. Estque specialis vel generalis aut cum libera, judicialis vel extrajudicialis, verus vel falsus.

3. Causa efficiens, judex consensus privatorum & ratificatio, quæ est pro mandato. *Mynf.1.O.44.*

4. Constituere procuratorem possunt omnes, qui non prohibentur. *l.40. §.1.ht.* & *fin.x.eod* plures quoq; simul agentes unum recte constituunt.

5. Procuratores esse possunt, quicunque nominatim non prohibentur: non minores. *l.12.C.ht.l.1.2.C. qui legit. person. stand.* an infames. § *fin.* I. *d. except.*

6. Materia causæ civiles, non criminales, nisi civiliter sint intentatæ, vel qvis justas absentiæ causas alleget.

Mynſ.4.O.76. hodie ex parte accuſatoris procurator indiſtinctè in criminalibus admittitur. *Clar.lib.5.ſent. q.32.*

7. Forma quòd procurator conſtituitur conſenſu expreſſo vel tacito: & tam præſens quàm abſens per literas, nuncium. l.1.3.5.*6.ht.* denique per inſinuationem mandati in judicio, vel extra ilud coram Notario & teſtibus, vel literis conſignatis.

8. Procuratorii inſtrumenti forma eſt, ut contineat nomen conſtituentis & procuratoris conſtituti; deinde contra quem, in qua cauſa, coram quo judice, & ad quos actus procurator eligatur: denique inſerenda eſt clauſula, ratum haberi quicquid is geſſerit. *l. 65.ht. vid. Mynſ.5.O.84.*

9. Affines Advocati, qui tamen longè dignioris conditionis, idem defenſores, actores, negotiorum geſtores.

10. Contraria revocatio re adhuc integra, l.16.*ſeqq.ht.* mors domini vel procuratoris. *l.15.eod.l.17.d.judic.* con-

trariæ

trariæ etiam sunt exceptones procuratoriæ, quæ ex defectu causæ efficientis, vel materiæ aut formæ vitio desumnntur.

Cap. IIX.

De Processu.

Forma judicii consistit in processu.

1. PRocessus est ordo legitimus in judiciis circa causas à judice & partibus ad evitandã confusionem servandus. *c. 11. x. d. prob. c. 1. d. sent. & rejud.*

2. Estque civilis vel criminalis; ille hodie est ordinarius seu solennis, & extraordinarius seu summarius, item executivus.

3. In modo procedendi ordinario consideranda. 1. ea quæ præcedunt judicium. 2. quæ in eo fiunt. 3. quæ illud finiunt.

4. Quæ judicium præcedunt, sunt vel substantialia, vel accidentalia. Ad illa pertinet. 1. Citatio. 2. Libellꝰ: Ad hæc 1. Contumacia. 2. Dilatio. 3. satisdatio seu cautio; denique Exceptiones.

5. In ipso judicio quæ fiunt, itidem vel sunt substantialia, vel accidentalia. Illiusmodi est Litis contestatio & Probatio; hujusmodi juramentum calumniæ, tandem sequitur sententia.

6. Finis & effectus rei judicatæ consummatio seu executio, ut quisque quod sibi debetur, consequatur. *pr. l. d. act.*

7. Affines, audientiæ ordinariæ, Contraria nullitas, quam faciunt incompetentia judicis, illegitimatio personarum, omissio formæ legitimæ, excessus Advocatorum & Procuratorum, ambages, temeritas & malitia litigantium.

Cap. IX.

De Citatione.

Processûs initium est citatio.

1. Citatio est rei ad judicem judicii suscipiendi causâ vocatio.

2. Partes ejus tres: præceptio judicis, citationis insinuatio & nuncii relatio. *Mynſ. 6. O. 10. & 1. O. 77.*

3 Estq; realis vel verbalis: illa seu actualis est apprehensio personæ: hæc aut privata, cùm quis in faciem vel ad domum citatur, aut publica, quæ fit affixis literis. *vid. Geil. 1. O. 56. 57.* est & alia peremptoria aut dilatoria. l. 68. *ff. d. judic.*

4. Origo citationis ex jure naturæ est: namque species est defensionis. *Clem. pastoralis d. judic.*

5. Causa efficiens præceptum judicis, instrumentalis, executio apparitoris: προκαταρκτική, litigantis instantia.

6. Citare possunt judices tam ordinarii quàm delegati. *c. 1. d. cau. poss.*

7. Citari debent omnes, quorum interest, quorumq; causa agitur. *l. 47. ff. d. re jud.* etiamsi sint præsentes, uti praxis servat; nec modò in singulis causis, sed singulis etiam causarum actibus. *d. Clem. l. 4. C. d. dilat. l. 7. c. quom. & quand jud.*

8. Forma, ut judex citationem præcipiat, & nuncius juxta suæ commissionis præscriptum citet, aut personaliter si persona haberi potest, si non, ad do-

mum affixâ citationis scripturâ, in quã hæc sex debent contineri. 1. nomen judicis citantis. 2. nomen citati, & 3. ejus, ad cujus petitionem citatio fit. 4. causa, ob quem ea fit. 5. locus idoneus. 6. tempus opportunum & justum. *Gail.1. O.48.seqq. Mynſ.5.O.85.*

9. Finis citati comparitio, & ad defensionem præperatio. Effectus quòd citatio operatur præventionem, *Clem. fin.ut lit.non contest.* perpetuat jurisdictionem *Gl.in 1.Clem.d.judic.* & quoq; actionem. *l.fin.C.d.præscr.10.ann.* interrumpit præscriptionem. *l.1.l.7. C. eod.* efficit rem litigiosam. *auth. litigiosa. C. d.litig.* inducit litis pendentiam. *Mynſ. 4.O.26.* denique est fundamentum totius processus, ut sine ea omninò vitietur. *§.f. I.d.pœn.temp.litig.*

Cap. X.

De Arrestatione.

Citationis species est arrestatio.

Arre-

1. ARrestatio, Kummer/Zuschlag/Verstrickung/est inhibitio vel retentio rerum aut personarum, ne loco moveantur, quoad certum quid fiat. *Peck. tr. d. jur. sist. c. in. 14.*

2. Estq; 1. licita vel illicita. 2. publica, quæ fit authoritate legis aut judicis; vel privata, quæ fit à privato creditore ex conventione aut pacto.

3. Causa efficiens judex competens, instrumentalis apparitor seu nuncius juratus: προκαταρκτικὴ, instantia creditoris ex justa necessitatis causa, puta suspectæ dilapidationis, fugæ aut moræ nocivæ. *Geil. d. arrest. c. 10. n. 1.*

4. Arrestari possunt omnes de fuga vel dilapidatione suspecti. *Peck. d. tr. c. 3. n. 1.* & bona omnia, nisi nominatim excipiantur. *vid. Berlich. 1. concl. 74. 75.*

5. Fieri potest arrestatio omni loco & tempore etiam feriato, imo & nocte, *Peck. d. tr. c. 30. n. 2.* & in domo debitoris propria. *Berlich. 1. concl. 77. n. 51.* in ædibus quoq; sacris.

6. Non tamen nundinarum tempore, *l. un. C. d. nund.* nisi debitum in iis sit

contractum. *arg. l. 19. §. 2. ff. d. judic. Berlich. d. concl. 77. n. 8.* vel huic privilegio sit renunciatum. *Peck. d. tr. c. 12. n. 1.* vel nundinæ per signum campanæ sint finitæ, **wann die Meß ist ausgeleutet.** *Berlich. d. concl. n. 14.*

7. Forma ut fiat in debitis liquidis, & causâ cognitâ *l. 13. §. 3 ff. d. damn. inf. Geil. d. c. 1. n. 11. Peck. d. tr. c. 16. per tot.* Forma prosequendæ arrestationis est, ut impetrata parti insinuetur, eaq; citetur ad excipiendum, actor a. in primo termino rationes proponat, eoq; non probante reus absolvatur: reo non excipiente, arrestum confirmetur.

8. Finis & effectus, ut debitor ejus tædio satisfaciat aut caveat creditori vel solvat *Peck. c. 31. n. 8.*

9. Contraria solutio vel cautio per fidejussores vel pignora. *Id. d. c. 31. n. 1.* juratoria interdum, si personæ sint honestæ & vitæ famæque integræ. *Mynſ. 2. O. 11.* Contrariæ itidem exceptiones, quibus vel propter materialia aut formalia annullari potest.

Cap. XI.

De Contumacia.

Cùm citatus sæpè malitiosè emaneat, ordine non præpostero hîc agitur, de Contumacia.

1. Contumacia est erga judicem commissa inobedientia. L. *un. ff. si quis jus dic. l. 53 pr. ff. d. re jud.*

2. Estq; vera vel malitiosa, c. 4. 5. x. ht. vel præsumta seu ficta.

3. Ob rei contumaciam plerunque agitur ad primum vel secundum decretum.

4. Primum decretum est jussio judicis, quâ actor in possessionem bonorum rei contumacis custodiæ causâ mittitur, ut ea pignoris vice detineat. *l. 3. 8. C. d. bon. auct. jud. possid. l. 26. ff. d. pign. act.*

5. Causa efficiens judex ordinarius, in cujus territorio bona sita sunt: προκαταρκτική, à parte agentis petitio, à parte rei contumacia.

6. Materia circa quam, actiones tam personales. *l. 9. fin. C. dt.* quàm reales: *c. 1. 3. x. d. ee. qui mitt. in poss.* materia in qua bona contumacis qualiacunqve.
7. Forma & modus, ut fiat præcedente contumacia, & non nisi pro quantitate debiti. *auth. ei qui jurat. C. dt.* hoc ordine, ut primò apprehendantur mobilia post immobilia, deniqve jura. *c. 5. x. ut lit. non contest.*
8. Finis, ut actor debitum consequi possit, & reus tædio affectus veniat ad respondendum. Effectus quòd affert jus pignoris, *l. fin. C. d. prat. pign.* efficitque simul, ut missus rem detineat custodiatque, ut nihil in ea sine ipso geri possit. *l. 15 ff. d. damn. inf.* fructus tamen non lucratur nec participat. *l. 5. ff. e. x. quib. caus. in poss. eat.*
9. Tollitur hoc decretum, si reus intra annum veniat, cautionemq; judicio sisti, ac damna ob id passa actori præstet. *d. auth. ei qui jurat. C. d. bon. auth. jud. possid. d. c. 5. x. ut lit. non cont.*
10. Secundum decretum est altera judicis jussio, qvâ ob contumaciam mo-

moramq; debitoris, actorem jam missum decernit verum possessorem, aut jubet esse dominum. *c. 1. d. eo qui mitt. poss.*

11. Causa efficiens, idem judex qui primum interposuit: προκαταρκτικὴ, nimia non respondentis contumacia.

12. Materia circa quam, actiones tantùm personales, non reales in quibus cessat.

13. Forma ut fiat citata parte & causa cognita.

14. Finis ut nimia debitoris contumacia puniatur. Effectus quòd non tantùm facit possessorem, ita ut fructus lucretur, sed & dominum: perinde atq; cùm res in solutum datur. *l. 15. ff. d. re jud. t. 1. C. d. jur. dom. impet.*

Cap. XII.

De Satisdationibus.

Ne judicium reddatur elusorium, utrinque præstanda cautio.

1. SAtisdatio est cautio, quâ adversarium reddimus securum datis fidejussoribus vel pignoribus.l.1.ht.

2. Estq; necessaria vel voluntaria,*l.7, ht.* juratoria vel simplex,*l. 61.ff.d.V.S.*

3. Causa efficiens judex & litigantium voluntas; προκαταρκτικὴ petitio partis.

4. *S*atisdare tenentur omnes qui conveniuntur,nisi vel suæ relinquantur promissioni aut jure jurando.*l 7.l.15.ht.* vel possideant immobilia.*d.l.15.*

5. Materia causæ omnes, etiam criminales pro personæ qualitate & circumstantiis.*l.4.ff.d.custod.reor.*

6. Forma ut fiat per fidejussores vel pignora. l.1.ht.& actor satisdet de prosecutione litis,de expensis& reconventione. *auth.libellum.C.d.lit.contest. Nov.112.c.2.* reus judicio sisti,§.2.l. *ht.* procurator utriusque de rato. § *4.5.l. eod.Wu mf.pr.obs.t.5.O.18.*

7. Finis adversarii securitas. *l.1.ht.* Effectus quòd eam offerens non possit arresti aut incarcerari. *l.5. §.1.eod.Geil. tr.d.arrest.c.2.n.7.*

CAP.

Cap. XIII.
De Interventione.

Interdum tertius judicio intervenit, vel reus mutuam instituit petitionem, itaque dicendum de interventione & reconventione.

1. INterventio est tertii alicujus ad causam motam pro suo jure accessio. *l. 63. ff. d. re jud. c. 30. x. d. testib.*

2. Fitqve principaliter ratione juris sui vel interesse, vel assistenter. *Berlich. 1. concl. 25. n. 27. seqq.*

3. Intervenire potest quilibet tertius, quem causa tangit. *c. 25. x. d. sent.* in principio, medio vel fine, *Geil. 1. O. 70. n. 4.* imo & post sententiam ad impediendam ejus executionem. *Id. d. O. n. 19. 20.*

4. Forma ut interveniens summariè de jure & interesse suo doceat, inq; eo statu, in quo est processum reassumat. *c. fin. ut lit. pend. in 6.*

5. Finis & eff.ctus, quòd fiat ad removendum agentem vel defendentem *d.l.63 ff.d re jud.l.19.*C.*d.lib.cau.* 2. ad assistendum causæ.*d.l.19.*

Cap. XIV.

De Reconventione.

1. Reconventio Gegen- oder Wiederklag / est mutua rei conventi contra actorem coram eodem judice instituta actio.*t.t.x.d.mut.pet.*Gisebert. *tr.fidg.c.2.pr.*

2. Estq; propria, quæ pari passu ambulat cum conventione, vel impropria.

3. Reconvenire potest reus quilibet, non tamen excommunicatus. *c. 5. inf. x.d. except.* & quidem coram eodem judice, sive sit ordinarius seu delegatus. *l. 14. auth. & consequenter. C. d. sent.& interloc.*

4. Materia causæ omnes, non tamen executivæ & summariæ, non præjudiciales neq; criminales. *l.19.C.d.his qui accus. non poss.* depositi, *c. 2. x. de pos.*spolii *c.fin.x.d.ord.cognit.*

5. For-

5. Forma ut fiat ante litis contestationem, vel statim post, & simultaneo cum conventione processu discutiatur, eademqve sententiâ terminetur *c. 1. x. d. mut. pet. Nov. 96. c. 2. Mynſ. 1. O 19.*

6. Finis ut lites abbrevientur. Effectus quòd actorem jurisdictioni judicis rei conventi subjiciat. *d. l. 14 & auth ſeq. C. d. ſent. d. N. 96. c. 2.*

Cap. XV.

De Libellis.

Citatus ubi per ſe vel per procuratorem comparet, offerendo libellus.

1. Libellus est scriptura, actoris petitionem ejusque causam continens. *c. f. x. ht.*

2. Estq; simplex vel articulatus: civilis vel criminalis; conventionalis vel reconventionalis.

3. Partes ejus tres: propositio, narratio facti, petitio seu conclusio.

4. Propria, ut sit certus, brevis, dilucidus: non obscurus, ambiguus, non

vagus,

vagus, incertus, generalis aut contrarius, alternativus, *Geil.1.O.62 Mynſ.2.O.48.& 4.O.11.*

5. Cauſa efficiens lex, quæ vult offerri libellum judici, deinde parti. *c.1.d.lib. oblat. auth. offeratur.* C. *d. edend.*

6. *Materia* cauſæ civiles, vel criminales, *l.3.ff.d.accuſ.* petitoriæ, poſſeſſoriæ, L. *un. C. ubi de mem. poſſ.* non ſummariæ, *Clem. ſæpè d. V. S.* non notoriæ, parvæ ac tenues.

7. Forma quòd concipiendus ſit ſcripturâ, quæ debet continere nomen judicis, actoris & rei; deinde rem petitam ejusque cauſam. *Geil.1.O.61.* Sed præcipua ejus forma conſiſtat in concluſione, ex qua intelligi poteſt genus actionis. Solent etiam libellis variæ addi clauſulæ, de quibus *vide Schneidevv. in* §.1.I.*d. act. n.* 120. *& ſeqq.*

8. Finis ut futuræ litis ſpeciem demonſtret, ſciatq; adverſarius cedere velit an contendere. *l.1.ff.d.edend.* Effectus qvòd ſit fundamentum judicii, juxtaq; eum proceſſus reguletur, maximè probatio & ſententia. 9. Ad-

9. Adjacet mutatio vel emendatio, *l.3. C.d.edend.* interpretatio *l.66.ff.d.judic.* Affinis libellus Principi oblatus, *t.t. C.d.prec. Imp.off.*

10. Contraria ineptitudo, generalitas, incertitudo, obscuritas, & similia.

Cap. XVI.

De Exceptionibus.

Reus si contendendum putet, actori respondet opponendo exceptiones

1. EXceptio est rei conventi defensio seu actionis exclusio. *l.2.ht.*

2. Estque personalis vel realis seu transitoria, *l.7.eod.* temporalis & dilatoria vel peremptoria & perpetua §. 8. *l. ht. l. 2. 3. eod.* de singulis exceptionum speciebus *vid. Zanger.tr.d.Except.p.2. c.4 seqq.*

3. Causa efficiens, Lex §.7.*l.ht.* impulsiva æquitas.

4. Materia circa quam, actio: ex qua, jus cuique proprium.

5. Forma ut à reo proponantur nudâ facti narratione, in scriptis vel viva voce &

ce & dilatoria quidem ante litis contestationem, peremptoria & itidem privilegiata quandocunq; ante sententiam. *l.8.l.9.C.ht.* R.A. *1570.*§. Demnach sollen die gewöhnliche Termin. R. *1594.* §. Setzen demnach/ordnen und wollen. *Mynſ.1.O.24.* Probandi forma per instrumenta, confessionem adversarii, ut & per acta judicii.

6. Finis ut actio excludatur l. *2.* ht. Effectus quòd reus exceptione probata absolvitur. *c.1.x.eod.*

7. Adjacentia, æquitas, justitia *pr.l. ht.* affinis duplicatio, quadtuplicatio, §. *1.l.d.replic.* reconventio, *c.5.inf.ht.* imploratio officii judicis, ut actori certus ad agendum terminus præfigatur.

8. Contraria replicatio, *pr.l.d.replic.* nullitas, injustitia: statum compromissum, pactum quo exceptiones inhibentur: item præscriptio 30. annorum. *l.3.4.l.8.C.d.præſcr.30.ann.pr.l.d.perpet & temp. act.*

Cap. XVII.
De Feriis.

1. Fe-

Libello exhibito sæpè incidunt feriæ vel dantur dilationes, ne reus statim respondere teneatur.

1. FEriæ sunt dies ab actibus judicialibus vacui.

2. Suntque solennes vel minus solennes: illæ divinæ, quales je junii & precum, Fast/Buß und Bettag/ dies dominici & festi. *l. 2 6. 7. 8. C. ht.* vel humanæ, quæ vel honorariæ, vel necessariæ messium & vindemiarum, Erndt oder Herbst-Vacantz. *l. 4. ff. ht. l. 2. C. eod.*

3. Ferias generales solus princeps statuit, locales magistratus inferior, ut in suo territorio valeant.

4. Materia circa quam, actus judiciales. *l. 1. C. ht.* opera tamen necessitatis & quæ moram non patiuntur, in ipsis feriis expediri possunt.

5. Forma & tempora colendarum feriarum varia. *l. 2. l. 7. fin. C. ht.* potest tamen judex pro ratione fructuum aut seriùs aut citiùs eas indicere. *Gl. & Dd. in l. 4. C. eod.*

6. Finis solennium, ut cultus divinus

nus celebretur, *l.7.l.fin.C.ht.* necessari-
rum, ut agricolæ colligendis fructib-
vacare possint, *l.3.C.eod.* repentinaru-
ut publicum sit gaudium vel luctus. E-
fectus quòd in feriis nec jus dici, n-
ullus actus à judice fieri possit, *l.7.* C
eod.

7. Contraria renunciatio, in nece-
sariis scilicet, non solennib9. *c.fin.x.*

Cap. XIIX.

De Dilationibus.

Feriis propinqua est dilatio.

1. Dilatio est termini ad actum a-
quem judicialē expediendu-
assignatio,

2. Estq; dilatoria vel peremptor-
l.68.seqq.ff.d.judic. judicialis vel extr-
judicialis: legalis, conventionalis.

3. Propria, ut sit continua, *l.3.C.e-*
peremptoria, arbitraria, utrique pa-
communis.

4. Datur à lege aut à judice, aut co-
suetudine seu statuto, aut partium co-
ventione. Causa impulsiva petitio p-

tis, vel æquitas ex variis circumstantiis.

5. Materia circa quam, causæ civiles, criminales, *l. fin. ff. ht.* & singuli judiciorum actus. *l. fin.* C. *d. fer.*

6. Forma ut detur parte citata, & cum quadam causæ cognitione, l. 4. C. ht. & ut judex significet, quid in termino agi oporteat.

7. Finis ut litigantes idoneum habeant spacium ad præparationem instructionemq;, *l. 1.* C. *eod.* Effectus qvòd dilatio excuset à pœnis & mora, & illa pendente nihil sit agendum aut innovandum. *c. 2. x. eod.*

8. Adjacet justitia, justa causa: consequens est terminus. Contraria defectus justæ causæ & cognitionis, brevitas, angustia, coarctatio nimia.

Cap. XIX.

De litis contestatione.

Hactenus de judiciorum præparatoriis, sequitur nunc de ipsius negocii disceptatione, quæ fit per litis contestationem. Li-

1. Litis conteſtatio Kriegs-Befeſtigung/eſt judicii conſtitutio, conſtans affirmatione unius & contradictione alterius.

2. Eſtque affirmativa vel negativa, expreſſa vel tacita, generalis vel ſpecialis.

3. Partes ejus narratio ſeu petitio actoris, & rei reſponſio. *c. un. x. ht.*

4. Cauſa remota lex, conſuetudo *Mynſ. 4. O. 62.* propinqva judicis præceptum, ſententia interlocutoria.

5. *M*ateria cauſæ civiles & criminales: non ſummariæ, *Clem. 2. d. V. S.* aut ſpirituales, *Clem. 2. d. judic.* aut ſecundæ inſtantiæ. *Mynſ. 1. O. 1.* notoriæ & ſimiles. *V*erſatur a. circa merita cauſæ principalis ante in libello comprehenſa. *d. c. un.*

6. Forma ut fiat ajendo vel negando narrata prout narrantur, & petita prout petuntur: non etiam per verba credulitatis vel ambiguitatis.

7 Finis ordinatio judicii, ut procedi poſſit ad probationem, cognitionem, definitionem *t. t. x. ut lit. non conteſt.*

test. Effectus quòd sit substantiale judicii fundamentum, *c. un. cod. in 6. Mynſ. 3. O. 74*. excludit exceptiones dilatorias & declinatorias, *l. 9. C. d. except.* pœnitentiam, *l. un. C. d. plus pet.* libelli mutationem, *l. 3. C. d. edend*, perpetuat actiones, interrumpit præscriptiones. *l. 7. l. fin. C. d. præscr. 30. ann. Geil. 1. O. 74. n. 4. seqq.*

8. Affinis libelli oblatio. *t. t. c. quand. lib.* citatio & denunciatio. Contraria quæ eam tollunt, uti lex, rescriptum, (*clem. sæpe d. V. S.* consuetudo. *Mynſ. 4. O. 62.* vel statutum.

Cap. XX.

De Juramento calumniæ.

Litis contestatione factâ, regulariter proceditur ad præstationem juramenti calumniæ.

1. JUramentum calumniæ, Eyd für Gefährd est utriusque partis de bona causa fide prosequenda asseveratio. *l. 2. pr. C. ht. t. t. x. eod.*

2. Est-

2. Estq; judiciale vel extrajud
illud generale vel speciale. *auth. h*
ramentum C. ht.

3. Proprium quòd non de ver
sed credulitate.

4. Causa efficiens lex *l. 1. 2. C. ht.*
pulsiva boni publici ratio, & petitio
tis adversæ. *c. 1. eod. in. 6.* instrument
præceptum & interlocutio judicis

5. Jurat tam actor quàm reus, c
& hæredes utriusque. *auth. princip*
C. eod. Advocati quoq; utriusq; pa
d. l. 2. pr. l. 12. C. d. judic. qui tamen
initio officii, non in singulas causa
rant: item procuratores, *d. l. 2. §. 3. c.*
eod. tutores vel curatores *d. l. 2. §. 2.*
legiũ vel universitas per tres aut qua
or è senioribus, vel per Syndicum.

6. Materia, causa civilis, non sp
tualis vel criminalis. *c. 2. x. eod.* Cap
juramenti his continentur versiculis
Illud juretur, quod lis sibi justa videt
Et si quæratur, verum non inficietur
Ut lis tardetur, dilatio nulla petatur
Nil promittatur, nec falsa probatio
tur.

7. Fo

7. Forma ut juretur ad acta, per Deum erectis digitis, præsente adversario, vel ejus procuratore, aut saltem citato in præsentia judicis. *d.l.2.& auth. principales. C.ht.* Procuratores a. non solúm in animam domini, sed & suam jurare debent. *c.2. §.1. eod. in 6. Ord. Cam.1.t.26* §. Ob auch ein *Procurator. P.Frider.in dedic.lib.1.d.process.*

8. Finis ut sacramenti timore litigantium securitas & audacia compescatur. *pr.&* §.1. I. *d.pœn. tem. litig. l.2.§. pen.*C. *ht.*& ut sit litium compendium, ut per illud veritas eliciatur. *c.5.eod.* Effectus quòd deinceps calumniæ suspicionẽ cessare faciat: non præstiti, quòd actor causâ cadat, reus quasi confessus condemnetur. *d.l.2.§.6.7.Geil.*1.*O.87.*

9. Affinis cautio de decima parte litis præstanda. N.112.c.2. item affine juramentum veritatis, malitiæ. *c.2.ht. in 6.*

10. Contraria remissio litigantium *c.*1.*§.1.eod.in 6. Geil.1.O.85.* consvetudo.

Cap. XXI.

De Positionibus.

Juramento calumniæ præstito, ante-quam deveniatur ad probatio-nem, actor offert positiones, ha-sequitur responsio.

1. POsitio vel articulus est pars in-tentionis, continens id supe-qvo ab adversario sibi responderi qu-petit.

2. Estq; pertinens vel impertinen-quam tamen judex ex officio rejici-*Mynf.5.O.88.Geil.1.O.81.n.2.3.*

3. Objectum ejus res omnis in j-dicio probanda: in specie id, quod int-partes sive principaliter sive incident-controversum est,

4. Forma, quòd positiones ex sul-stantia & quasi visceribus libelli fo-mari, eique conformes esse debeant, ut in scriptis omnes una eademq; vi-fiant, ut & judicis censuræ subjiciant-*Geil.1.O.81.n.14.* denique ut simplic-claræ, non obscuræ, vagæ, captiosæ-contrariæ sint, *Mynf.6.O.82.*

5.

5. Finis ut ponens relevetur ab onere probandi. Effectus quòd eas producens omnia in iis contenta pro agnitis & confessis habere censeatur, nisi error intervenerit; & quòd adversarius ad eas respondere teneatur, idque per contumaciam recusans, habeatur pro confesso. *Geil 1.O.80.*

6. Responsio est positionis affirmatio vel negatio.

7. Estque simplex, vel distincta.

8. Objectum articuli singuli, quibus respondendum est. *c.2.d.confess. in 6.Geil.1.O.82.n.4.5.* iique omnes qui facti sunt proprii, non alieni, & ad causam nil facientes.

9. Forma quòd sigillatim, purè & clarè, per verbum credo vel non credo, fieri debeat, sub juramento respondendorum, & intra terminum assignatum. *Mynsi.1.O.86.Geil.1.O.83.*

10. Finis & effectus, quòd affirmativa confessionem inducat, & noceat confitenti, non alii, *c.1 x.d.confess.* nec revocari possit, nisi in continenti. Non respondentis pœna est, quòd habeatur

pro confesso, & articuli in pœnam contumaciæ pro confessatis acceptentur, *d. c. 2. d. confess. in 6. Geil. 1. O. 80.* non tamen in criminalibus. *l. 1. §. 6. ff. eod.*

Cap. XXII.
De Probationibus.

1. PRobatio est rei dubiæ per argumenta judici facta demonstratio.

2. Estq; judicialis vel extrajudicialis, plena vel semiplena: de utriusq; speciebus *vid. Berlich. 1. concl. 36.*

3. Propria ejus, ut sit libello conformis, concludens; non impertinens, non dubia, incerta, nec superflua.

4. Causa efficiens judex, qui eam alterutri parti imponit. Probare tenetur actor. *l. 1. l. 23. C. h. t.* non reus, nisi exceptionem *l. 9 eod.*

5. Materia facta incerta. *l. 16. C. h. t.* non notoria. *c. 3. d. test. cog. Mynſ. 6. O. 3.* & quidem ea, quæ ad causam pertinent, & in quibus se quis fundat: non impertinentia *l. 22. C. eod.*

6. For-

6 Forma ut fiat citata parte & termino justo ad id præstituto. *auth. sed etsi C.d. testib.* & quidem post litem contestatam. *t.t.x. ut lit. non contest* non tamen post publicationem attestationũ. *auth at qui semel C.ht.* nec post conclusionem in causa vel sententiam.

7. Finis, ut finem faciat judici. Effectus, quod secundù nacta & probata, (non tamen contra scientiam & conscientiam, *Hotom. ill. q. 27)* judex sententiam ferre debeat. *l. 10. § fin. ff. d. edend.* & actore nihil probante reum absolvere l. 23. *C. ht.*

8. Affinia, jus jurandum, confessio, evidentia facti, præsumptio juris. Contraria pugnantia seu contrarietas, aliaq; multa quæ ei solent opponi.

Cap. XXIII.

De Præsumptionibus.

1 PRæsumptio est de re verisimili ratiocinatio,

2. Estq; vel necessaria seu juris & de jure, vel probabilis seu juris tantùm

legis aut hominis: deinde levis seu semiplena, vel levissima, quæ semiplenâ minor.

3. Causa efficiens, lex: προκαταρκτικὰ signa necessaria, vel verisimilia ex circumstantiis sumpta.

4. Materia, consilia, effectus, actiones, facta, qvalitates, solennitates & accidentia intrinseca & externa. *vid. Alciat. tr. d. præsumpt.*

5. Forma & modus præsumendi pro varietate objectorum signorum varius.

6. Finis & effectus, quòd præsumptio juris & de jure indubitatam faciat fidem; quòd juris præsumtio sit pro documento idoneo, eiq; stetur, donec probetur contrarium: *Mynſ. 15. O. 68.* modica conjecturam vel suspicionem inducat.

7. *Affinis* est fictio. Contraria probatio veritatis in contrarium, impossibilitas rei & absurditas.

CAP. XXIV.
De Testibus.

Proba-

Probationum species sunt Testes, Instrumenta, juramentum decisorium, confessio.

1. TEstis est persona de facto controverso examinanda.

2. Testes sunt vel idonei & habiles, vel suspecti.

3. Causa efficiens citatio & compulsio judicis: προκαταρκτικὴ, petitio litigatoris.

4. Testes esse possunt omnes, qui naturâ, vel legè non prohibentur: naturâ, ob vitium animi, uti furiosi, amentes, impuberes; *l.3.* §.*pen. l. 19. ht.* vel corporis, surdi, muti, cæci. Lege infames. *l.fin.eod.c.54.eod.* ob amicitiam vel inimicitias suspecti, ut domestici, consangvinei vel affines, *l. pen. ht.* parentes & liberi invicem. *l.6. C. ht.* quilibet in sua causa, *l.10. C.eod.* & deniq; qvi ad testificandum se obtulêre. *Mynsing. 4. O. 4.*

5. Materia circa quam, causæ civiles, criminales. *l.1.pr.ht.c.29.c.54.x. eod.* profanæ, spirituales seu Ecclesiasticæ.

6. Forma producendi, ut post litem contestatam producantur, non ante, nisi cùm ad æternam rei memoriam examinari petuntur. *c.5.x.ut lit. non contest. Mynſ.1.* O.10. & 4. O.71. *Geil.* 1. O.92.

7. Forma examinis, ut examinentur, præstito prius juramento. *l. 9. C.ht. Mynſ.3.O.80* Geil.1.O. 101. secretò & clam partibus super omnibus articulis atq; interrogatoriis, & de singulis causæ circumstantiis, de personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, & certitudine rei, & potissimum de ratione dicti sui. c.36.c.52. *x.ht.* & ut ipsa verba formalia *à* tabellione scribantur & annotentur, Examine peracto judex publicat attestationes, ut parti liceat contra eas excipere, *Geil.1.O. 101.* qua publicatione facta super iisdem vel directò contrariis articulis testes ultra non audiuntur. *c.46. x. ht. Clem. 1. eod. Mynſ.1.O.32. Berlich. 1. concl. 40.*

8. Finis ut veritas exploretur. Effectus quod testes æquè fidem faciunt ac instrumenta publica. L.15. C.d.

C.d.dr.instrum. scilicet si sint omni exceptione majores, & idoneam reddant testimonii sui causam atque rationem.

9. Contraria ea, que vel contra personas vel dicta testium objiciuntur, vel contra examinis formam.

Cap. XXV.
D Instrumentis.

1. INstrumentum est scriptura, rei controversæ fid m faciens.

2. Estq; publicum vel privatum: utrumque authenticum seu originale, der Hauptbrieff/ & transsumptũ seu exemplum, ein Vidimirter Außzug/Copey.

3. Causa efficiens voluntas contrahentium, lex aut judex. Conficiuntur instrumenta à Notariis vel aliis personis publicis: causa προκαταρκτική judicis mandatum aut rogatio partium.

4. Materia actus & contractus omnes liciti. *l.19.C.bt* non lege aut statuto prohibiti. *L.14.§.3.C.d.SS.Eccl.l.29. in f.C.d.testam.2.F.55.pr.circ fin.*

5. Forma in clausulis, quæ instru-

mento adhiberi solent, consistit: quales sunt nominis divini præfatio, nomen Principis regnantis, annus, dies, locus celebrati contractus, & in calce signum Notarii. *Nov.47.* Forma producendi, ut productio fiat solenniter & in judicio, citata parte adversa, post litem contestatam, usque ad conclusionem in causa. *c.6.x.ht.*

6. Finis quòd instrumenta fiant ad solennitatem actus perficiendam, vel ad cautionem probationis. Effectus quòd publica plenam faciant fidem in judicio. *L.15.c.ht.* scilicet originalia, non exempla. L.2.*ff.eod.* privata verò pro scribente non, sed contra eum probent. *c.fin.x.ht.vid. Wehn. in obs. pr. verb.* Bücher.

7. Quod interpretationem attinet instrumenta sunt stricti juris, nec extenduntur extra ea, de quibus Notarius rogatus est, & quibus ipse interfuit, neqve intelligitur de reliquis, quæ in eo non continentur, neque valent in tertii præjudicium.

8. Contraria exceptiones variæ, quæ instrumentis objici possunt. Cap.

Cap. XXVI.

De Jurejurando.

1. Juramentum decisorium est probatio cum obtestatione divina litem finiens.

2. Estque voluntarium, judiciale, necessarium.*rub.ht.*

3. Voluntarium est, quod pars parti extra judicium defert. l. 17. l. 28. *ff. ht.*

4. Objectum ejus omnis actio & controversia, de qua in judicio disceptari potest. *l.3.§.7.l.7.ht.*

5. Proprium quòd in arbitrio sit ejus cui est delatum, vel suscipere vel recusare; semel autem susceptum præstari debet ominò. l.17.*pr..od.*

6. Effectus in genere est, quòd speciem transactionis contineat, eandemque aurhoritatem habeat, quam res judicata. l.2.l.26 §.fin.ht. in specie autem respectu actoris jurantis actionem. §.9. *l.d.act.d.l.28.§.fin.ht.* respectu rei exceptionem producat. §.4.*l.l.except.*

7. Judiciale juramentum est, quod

pars

pars parti in judicio authoritate judicis defert. *l.12.*§.1. *C.d.*R.C.

8. Proprium, quòd delatum, nisi justa recusandi causa subsit, omninò suscipiendum, vel deferenti referendum sit: cùm manifestæ sit turpitudinis nolle jurare aut non referre. *l.38.ht.*

9. Effectus quòd eo satis probatum sit, & nihil amplius quæratur, sed litigatores à limine judicii repellantur *d.*§.*9.* *l.d.act.e.1.d.lit.contest.in 6.*

10. Necessarium juramentum est, quod judex parti defert ad supplendam probationem.

11. Defertur à solo judice. *l.31.ff.ht.* & quidem illi, qui intentionem suam semiplenè probavit *Mynſ.*1.*O.98.n.5* sive actor sit sive reus.

12. Objectum causa civilis, eaq; non adeò ardua: non criminalis, *arg. l.fin.*C. *d.probat.l.16.C.d.pœn.Mynſ.d.O.n.4.* &*.2.O.87.* neque matrimonialis.

13. Proprium quòd necessariò præstandum sit. *l.3.* (*.ht.*

14. Effectus quòd judex juxta illud sententiam ferre debeat.

Cap. XXVII.
De Confessione

1\. Confessio est ejus, quod ab adversario intenditur, facta asseveratio.

2\. Estq; judicialis vel extra judicialis: & utraque tacita vel expressa.

3\. Causa efficiens, is qui confitetur, sitq; major 25. annis & causæ dominus.

4\. *Materia* res omnis litigiosa, modò non adversetur juri vel naturæ, *c. fin. x. d. pact. l. 14. ff. d. interrog. act.*

5\. Forma ut fiat spontè & liberè, absque metu, in judicio, coram suo judice, præsente adversario, verbis minimè ambiguis & expressa idonea ratione atque causa.

6\. Finis ut veritas sine ambagibus eruatur. Effectus quòd judicialis plenè probet, & habeat vim sententiæ. *l. 25* §. *2 ff. ad L. Aquil.* L. *un.* C. *ht.* extrajudicialis in civilibus plenè probet, in criminalib. indiciū faciat ad torturam. ***Ruland.*** *d. commiss. part. 4. l. 8. c. 10.*

7\. Contraria, vis, metus, ambiguitas.

Cap. XXVIII.
De Conclusione.

Causâ disceptatâ satis & proba tandem sequitur conclusio.

1. CONclusio causæ est probat num &allegationum renunc tio, ejusq; judicis arbitrio submissio.

2. Estq; expressa vel tacita, pura eventualis: particularis, generalis.

3. Concludit pars alterutra vel ut que, & eâ nolente concludere, jud in contumaciam non concludent causam pro conclusa acceptat. *auth. j bemus. C. d. judic. Gail. 1. O. 107. n. Mynf. 3. O. 17.*

4. Forma quòd vel verbis expressi & purè vel sub certa conditione, reser vatione & protestatione fiat; aut tacit ex circumstantiis subsumatur.

5. Finis & effectus, quòd ulteriorem probationem & allegationem exclu dat. *c. 5. d. cau. poss. & prop.* quod tamen secus est in causis criminalibus. *Gail. d. O. 107. n. 11.* & matrimonialibus, *Id. 1. O.*

1. O. 112. itemque quoad judicem, qui conclusionem rescindere, & partibus ulteriorem probationem potest injungere. *Id. d. O. 107. n. 1.* Exhiberi quoque post eam solent Consilia & allegationes juris. *Besold. th. pr. h. verb.*

6. Contraria revocatio & rescissio.

Cap. XXIX.

De Sententia.

Actis lectis & consultatis, judex fert sententiam.

1. Sententia est pronunciatio judicis, causæ controversæ decisionem continens;

2. Estq; vel interlocutoria, vel definitiva, Bey- oder End-Urtheil; illa simplex vel mixta vim definitivæ habens.

3. Causa efficiens, judex competens *l. 28. ff. ht.* is n. solus eam pronunciat. *l. 1. 2. C. d. sent. ex brev. recit.*

4. Materia res omnes, quæ in disceptationem forensem cadunt.

5. Forma ut fiat post litem contestatam, *t. t. x. ut lit. non contest.* probationes

nes receptas, & causâ plenè cognita, *Clem. pastoralis.x.ht.* & quidem ex scripto, *l.2.3.C.d.sent.ex brev.recit.* ab ipso judice in loco consueto & pro tribunali sedente, *Nov.82.c.3.* citatisq; partibus; *l.68.ff.d.jud.l.47.pr.ff.d.re jud. l.7. 8.C.quom.& qu.jud.* & ut legibus, actis ipsique stylo sit conformis, *pr. l. d. off. jud.* continuatq; absolutionem vel condemnationem, *l.1.ht.l.3.C.eod.*

6. Finis ut lites sopiantur. *c.1.x.eod.* Effect9 quòd post decem dies transeat in rem judicatam, *l.4.C.ht.* quodq; jus faciat inter partes, non alios, *t.t.C.quib. res jud. non noc.t.t. C.in.. alios act.* quòd denique actionem vel exceptionem rei judicatæ producat. *t.t. ff. d. except. rei jud.*

7. Contraria retractio, iniquitas, nullitas, quæ ad annos 30. intentari potest. *Geil.1.O.127.n.8.*

Cap. XXX.
De Nullitate.

Sen-

Sententiæ impugnari solent vel ex processu ob nullitatem, vel ex meritis ob iniquitatem: idq; vel ordinariè, appellatione, vel extraordinariè, supplicatione, actorum revisione, reductione & in integrum restitutione.

1. NUllitas est sententiæ contra juris ordinem latæ impugnatio.

2. Estque vel ratione personarum, vel processus.

3. Proponere eam potest quilibet ratione sui præjudicii, etiam tertius; & judicis est eam admittere.

4. Oritur ex causis variis, vel 1. ex defectu personarum in judicio versantium; idq; vel judicis, si à judice incompetente, curruptio, incapace & prohibito lata sit sententia: vel litigantiũ, si non habent personã standi in judicio. 2. ex defectu processus, si lata sit non servatâ formâ ac substantialibus processus, ejusq; solennitatibus; veluti libelli oblatione, litis contestatione, vel probationibus omissis: si præcipitata sit, & temera-

meraria; si lata sit ex causa notoriè falsa, errore manifesto, & contra jura. *vid. Vantabl tr. d. nullit. per tot.*

5. Effectus, quòd per eam causa principalis ad judicē nullitatis devolvatur, ut is sententiam vel reformet, vel confirmet: modò nullitas in continenti probetur. *Mynſ. 4. O. 64. Geil. 1. O. 127.*

Cap. XXXI.

De Appellationibus.

1. Appellatio est ab inferiori judice ad superiorem gradatim facta provocatio.

2. Estq; judicialis vel extrajudicialis.

3. *Appellare* possunt, quicunque per imperitiam vel iniquitatem judicis sunt gravati, *l. 30. C. ht.* sive unus sive plures. *t. t. C. si un. ex plur.* non tamen contumaces. *l. 4. C. quor. appell. non recip.* confessi & convicti. *l. 2. C. eod.* ter condemnati, *l. un. C. ne lic. in una ead. cau. Nov. 82. c. 5.* nec qui appellationi renunciarunt. *l. f. §. f. C. de. temp. app.*

4. Ma-

4. *Materia* causa quæcunque seu major sive minor, *l. 20. C. ht.* civilis an criminalis. *l. 6. ff. eod. l. 6. C. d. episc. aud.* cessat tamen in causis notoriis & frivolis, *c. 5. eod.* juramento decisis, *l. 12. §. 1. 2. C. d. reb. cred.* sorte diremptis, *arg. l. 11. §. 4. d. min.* summam appellabilem non habentibus *N. 23. c. 3.* R. A. *1600.*

5. Materia *à* qua sunt sententiæ definitivæ, non interlocutoriæ, nisi vim definitivæ habeant, *l. 2. ff. d. appell. recip. Gail. 1. O. 129. 130.* Jure Canon. *à* quolibet gravamine appellatur. *c. 1. c. 3. ht. in 6. Clem. 5. eod.*

6. Forma consistit in legitimo ordine, modo & tempore. Ordo justus est, si gradatim ab inferiori ad proximum immediatè superiorem fiat; *l. 21. ht. c. 66. x. eod.* nisi medius justitiam deneget, vel alius sit suspectus & inhabilis. *Mynſ. 1. O. 67.*

7. Modus ut appellatio à definitiva in continéti vivâ voce, vel ex intervallo in scriptis fiat, *l. 5. § fin. ht. l. 6. C. eod.* ab interlocutoria nonnisi in scriptis expressâ causâ fieri debeat, *c. 1. ht. in 6.* Myn. *1. O 67*

8. Tempus triplex est, interponendæ, introducendæ & prosequendæ appellationis. Illud est decendium, *auth. hodie. C. ht. Nov. 23 c. 1.* à die latæ sententiæ, quod currit de momento ad momentum, *Myns. 2. O. 2.* & interea petendi sunt Apostoli. *Clem. 2. ht.* L. *un. d. lib. dimiss.* Præsentandæ tempus arbitrio judicis a quo committitur: prosequendæ hodiè annus est, & ex justa causa biennium. *auth. ei qui. C. d. temp. appell. Geil. 1. O. 141.*

9. Finis ut sententia injusta in melius reformetur. *l. 1. ht.* Effectus quòd pendente appellatione nihil innovari seu attentari possit. *t. t. nih. nov. appell. interp.*

10. Affinia supplicatio, *l. 5. & auth. seq. C. d. prec. Imp. off.* revisio actorum. reductio ad arbitrium boni viri, in integrum restitutio.

CAP. XXXII.
De Inhibitione.

Inter-

Interpositâ & admissâ nullitate vel appellatione judex superior inhibitionem facit.

1. INhibitio est prohibitio Judicis superioris facta inferiori, ne in causa procedat ulterius vel quid attentet. *c.3. c.7.d.appell.in 6.*

2. Causa efficiens Judex superior, ad quem provocatum est: impulsiva, appellantis petitio.

3. Obtinet in appellatione à definitiva, non si ab interlocutoria, nisi habeat vim definitivæ, vel gravamen irreparabile importet. *l.2.d.appell.recip.*

4. Forma quòd fiat cit ta parte adversa, & quidem cum causæ cognitione, an scilicet appellatio sit devoluta nec ne, an sit justa, non frivola & frustratoria, non prohibita, *arg.l.2.l.5.l. fin. C.commin.epist.programm.*

5. Effectus quòd per eam constringantur manus judici à quo, ne ulterius in causa possit procedere, & si quid innovatum sit, ante omnia revocetur. *d.c.7.appell. in 6.*

6. Ex-

6. Extinguitur si tempꝰ præstitutum sit lapsum: si appellatio sit deserta: si judex appellationis remittat causam ad prioris instantiæ judicem, vel malè appellatum pronunciet.

Cap. XXXIII.

De Executione.

Ut judicium finem suum effectumq́ consequatur, sententia executione demandanda est.

1. Executio est rei judicatæ consummatio & perfectio *l. pen. l. fin. C. ht.*

2. Exequitur sententiam regulariter judex ordinarius, *l. 15. ff. d. re jud.* etiam judex appellationis. *l. 32. §. 2. inf. C. d. appell. Nov. 122. c. 1. Geil. 1. O. 113. n. 13.* aliquando judex alterius territorii pro executione reqviri solet per literas, Compaß - Brieff / *Mynſ.* 3. O. *68.* & secularis à judice ecclesiastico. *Geil. 1. O. 115.*

3. Objectum rés & bona debitoris non tamen vestes, lecti, supellex quotidiana

diana, instrumenta artificii, opificii vel agriculturæ, *l.7.l.8.auth.agricultores.C. quæ res pign obl.poss.* non stipendia, arma & equi militum, *l.4.C.ht.* libri Studiosorum, *arg.d.l.4.* ac fructus feudi *Berlich,1.concl. 82.*

4. Forma executionis consistit in legitimo modo & tempore. Modus, ut fiat initio in mobilibus, deinde in immobilibus, postremo ad jura & nomina transeatur. *L.15.§.2.ff.d.re jud.*

5. Tempus in actione personali est quadrimestre à die sententiæ, *l. 2 l.fin. C. d.usur.rei jud.* in reali statim & incontinenti fit executio *§.2.l.d.off.jud.*

6. Finis & effectus, ut sententia suum habeat vigorem, & victor rem petitam consequatur. *l. 2.l. 3.* &.*t.t.C.d. exec.rei jud.*

7. Contrariæ exceptiones, quæ ad impediendam eam opponi possunt, veluti compensationis. *l.2.C. d.compens.* excussionis, *auth.præsente.C.d.fidej.* divisionis, precii non soluti, non traditarum mercium, & similes. *v. Berlich. 1.concl.84.*

Cap.

Cap. XXXIV.
De Subhaſtatione.

1. Subhaſtatio Vergantung/eſt venditio rite & ſolenniter facta, qua bona debitoris obærati, moram in ſolvendo facientis, ultimo pluris licitanti ſeu offerenti addicuntur.

2. Cauſa efficiens decretum magiſtratus ſeu judicis competentis. *l.2. C. ſi in cau. judic. pign. capt. l. fin.* §.*1. pr. C. d. bon. auth. jud. poſſid.* impulſiva, petitio creditorum. l.6. *C. eod.*

3. Materia circa quam, bona debitoris omnia, mobilia, immobilia, nomina & actiones. *L.15.* §.*2. ff. d. re jud.* non tamen inſtrumenta ruſtica. *l. 7. 8. C. quæ res pign. obl.* non bona feudalia. 2. *F. 8 52. 55.* emphyteutica. *l. fin.* c. *d. jur. emphyt.* niſi quoad fructus: non bona majoratus & reſtitutioni obnoxia. l.69. §.1. *ff. d. leg. 2.*

4. Forma conſiſtit in requiſitis, quæ vel ante ſubhaſtationem, vel in ipſo ejus actu attendenda.

5. Ante

5. Ante eam faciendam requiritur (1.) ut debitum sit liquidum & probatum, *L. 9. auth. ei qui jurat. C.d. bon. auth. jud. possid.* & non exiguum. (2.) ut debitor ad solvendum condemnatus cessaverit, *arg. l. 10. C. d. pignor, l. 7. l. 14. C. d. distract. pig. l. 1 l. fin. C si propt. pensit. pub.* (3.) ut res sub hasta vendenda proponatur venalis, *L. 6. C. d. fid. & jur. hast. fisc.* Daß der Verkauff durch einen öffentlichen Anschlag publiciret werde/ literis curiarum valvis vel ædium distrahendarum affixis. (4.) ut æstimatio subhastationem præcedat, quæ per peritos & expertos fieri debet.

6. In ipsa subhastatione requiritur (1.) ut fiat per præconem in loco publico, hastâ in foro positâ. *l. 3. C. d. exec. rei jud. l. 1. l. 5. l. 6. C. d. fid. & jur. hast. fisc.* (2.) tempore mercatûs, non diebus dominicis aut feriatis. *l. fin. C. d. fer.* (3.) ut fiat per tempus à legibus determinatum. *l. 9. l. fin. C. d. bon. auth. jud. possid.* denique (4.) ut res præsenti pecunia, umb baar Geld / non etiam distinctis terminis exolvenda distrahatur. *l. 15. §*

ff.d.re jud.l.4.C.ubi cauſ.fiſc. deniq; (5) ut licitatori majus pretium ultimò offerenti bona ſubhaſtata addicantur. *l.4.* C.*d.fid.haſt.fiſc.*

7. Finis ut res in executionem capta faciliùs diſtrahatur, & pecuniâ ex bonis debitoris redacta creditoribus conſulatur. Effectus reſpectu debitoris, quòd ſubhaſtatione ſolenniter peracta, jus reluitionis non habeat. L.*fin.* *C. ſi propt. publ. penſit. l. 16. C. d.reſc. vend.l.*8. C.*d.remiſſ.pign.* reſpectu creditoris, ut bona ſubhaſtata ſi emptorem non inveniant, in ſolutum accipere teneatur, *argum. Nov.4. cap.3. auth.hoc niſi.C.d.ſolut.* reſpectu licitatoris ſeu ementis, quòd adjudicatio judicialis pleniſſimum transferat dominium. *l 3. C.d.fid.haſt.fiſc.* & venditio perpetuam habeat firmitatem.

8. Affinia addictio in diem, ſubhaſtationes aliæ publicæ. Contraria omiſſio ſolennitatum, fraus, læſio contingens.

CAP.

CAP. XXXV.

De Restitutionibus in integrum.

Executio sententiæ sæpè etiam suspenditur per restitutionem in integrum.

1. RESTITUTIO est remedium extraordinarium, quo sententia ex justa causa rescinditur & lis in pristinum statum reponitur.

2. Causa efficiens, judex: προκαταρκτικὴ, petitio & imploratio officii judicis: impulsiva æquitas causæ.

3. Petere eam possunt tam minores ex ætatis infirmitate lapsi. *l. 1. ff. h. t. l. 1. d. min. t. t.* C. *d. int. rest. min.* quàm majores ex necessaria absentia, metu, dolo, aliave legitima causa circumscripti. *l. 1. ff. ex quib. cau. maj. l. 1. C. eod.* imò & integra Collegia, ac Civitates *l. 3. C. d. jur. Reip. H. Pistor. 1. q. 37. n. 56.* neque læsi solum ipsi, sed & successores eorum. *Myns. 4. O. 29. & 1. O. 18.*

4. Materia, res majoris momenti, non frivolæ & levidenses. *l. 3. l. pen. ht.*

5. Forma quòd petenda sit legitimo tempore, sc. quadriennii, l. *fin. C. d. temp. in int. restit. Mynf.* 1. *O. 51.* implorato judicis officio, intentata etiam actione, sicque causâ legitimè cognitâ, & probatâ, citatis partibus fiat. *Id. 1. O. 48. 49. 52.*

6. Finis ut lapsis ac deceptis subveniatur. Effectus quòd differatur sententiæ executio, *L. un. C. in int. rest. post. ne quid novi fiat.* nisi calumniosè petita sit, tum n. nihilominus executio valet. *Mynf. 6. O. 80.*

Cap. XXXVI.
De Processu summario & executivo.

1. Processus summarius seu extraordinarius est, in quo sine solennitatibus ea tantùm, quæ sunt processus substantialia, servantur: sc. ut nuda fiat petitio ab actore, citetur à judice reus, ci-

tatus respondeat, injungatur probatio, & absque attestationum disputatione feratur sententia.

2. Obtinet in causis summariis seu extraordinariis, quales sunt 1. causa diffamationis. 2. alimentorum. 3. dotis. 4. depositi. 5. piæ causæ. 6. fisci. 7. miserabilium personarum. 8. carceratorum. 9. salaria & mercedes. 10. causæ mercatorum. 11. punctus liquidationis. 12. causæ executionis. 13. pignorationis, 14. restitutionis ob lapsum fatalium. 15. commissiones testium ad perpetuam rei memoriam. 16. remedium ex edicto D. Hadriani. 17. causa possessorii summariissimi. *Vultej.* 2. 7. R. 34.

3. Aliquando etiam causa ordinaria summariè tractatur ex consensu partitium litigantium.

4. Processus executivus est, in quo itidem absque litigii sufflamine de simplici ac plano causa agitatur, & ad ipsam executionem properatur.

5. Obtinet in chirographis ac instrumentis paratam executionem habentibus, quæ ideò dicuntur guarentigiat*,

 seu


seu liquida & indubitata. *Besold. th. pr. verb. lit. G. n. 89.*

6. Modus procedendi talis, ut actor judici causam brevissimè exponat, instrumentoq; exhibito recognitionem ejus petat, reus a. illud vel recognoscat, vel diffiteatur, & recognoscens condemnetur, diffessus absolvatur.

7. Admittuntur tamen in hoc processu exceptiones peremptoriæ, si in continenti probari possint. Tales sunt 1. solutionis. 2. compensationis. 3. usurariæ pravitatis. 4. excussionis 5. erroris calculi. 6. non numeratæ pecuniæ. 7. non adimpleti contractus, *Berlich. 1. concl. 84.*



INDEX



INDEX CAPITUM.

Lib. I.

De Materiis præliminaribus.

Lib. II.

De materiis ad Jus Personarum pertinentibus.

Lib. III.

De materiis ad Jus Rerum spectantibus.

Lib. IV.

De Successione testamentaria & legitimâ.

XI. De

Lib. V.

De Contractibus.

Lib. VI.

De Criminibus.

Lib. VII.

De Processu.

FINIS.